OC 15
A A c 13
H
2.4

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

1-2) RONCALLUS, F.

6273/D

DE AQUIS MINERALIBUS COLDONI

FRANCISCI
RONCALLI
PHILOSOPHI, ET MEDICI BRIXIANI
DE AQUIS
MINERALIBUS
COLDONI
Ad Oppidum Leuci in Agro Mediolanenſi.
DISSERTATIO
PHYSICO-CHYMICO-MEDICA,

BRIXIÆ, M.D.CCXXIV.

Ex Typographia Joannis Mariæ Ricciardi.

SUPERIORUM APPROBATIONE.

Excellentiſsimæ, ac Eruditiſsimæ

HEROINÆ

D. CLELIÆ
GRILLO-BORROMÆÆ

FRANCISCUS RONCALLUS

Obſequium.

ELucubratum de *Mineralibus Coldonenſibus Aquis opuſculum, ut publicæ utilitati conſulerem,*

editurus

editurus , mecum ipſe meditabar, Excellentiſſima Domina cuinam, in Mediolanenſi Provincia, ubi ſaluberrimi ſcaturiunt fontes, Delubro, vel Mecœnati Eruditiſſimo devoverem. Cum hæc diu ſollicitè cogitanti præclariſſimum Tuum Nomen effulſit, cui extemplò mihi viſum fuit, ac operæ pretium duxi; velut Inſubrum Minervę jure merito nuncupandum.

In primis dedit animum non modò celeberrima, qua præſtas, Humanitas, verùm etiam Illuſtrium Virorum exempla, qui nuper non levidenſes ingenii labores, quales iſti mei ſunt, ſed minio, ac cedro digna volumina auſpicatiſſimo Tui Nominis præſidio obſi-

gnarunt.

gnarunt. Dedit inter cæteros exemplum Illuſtriſsimus Antonius Valliſnerius in Patavino Archilyceo Profeſſor Primarius, ac Cęſaris Archiater, Vir plenæ eruditionis, ac Ævi noſtri in Medica facultate decus, & ornamentum; qui cominus, & eminus ſapientiſsimam ingenii Tui demiratus encyclopędiam eruditiſsimum ſuæ mentis vectigal Tuo laureatum nomine in ſolemnis obſequii argumentum Tibi, ac æterninati tranſmiſit. Accedit ad hæc non antiquum, dicam ne felicitatis meæ, an obſequii monumentum, cum paucis ab hinc annis (o dies non lapillo, ſed adamante obſignanda!) mihi fauſtè datum eſt, ut Te Patrios ad Lares Veneta redeun-

tem

tem ex Urbe, non tam Gentilitiæ Tuę dignitatis, quàm omnigenæ virtutis Tuæ, ac pene incredibilis ingenii veneratione proſequerer. Tunc enim verò hiſce oculis vidi Æuropæ Miraculum, Inſubrię Phęnicem, veram noſtri ſęculi Uraniam, niſi nupſiſſes, ut Cęlo, ac Borromęę Familiæ Heroas pareres, ac perennares. Audieram, ac publicis in documentis didiceram Te Principibus ortam Viris, ideòque Paterni Generis ſplendore Clariſſimam florentiorem ævi partem, & maturiores curas non gynęcei deliciis, ſed in virtutum omnium ſpeculum efformatam virtuti, ac Minervæ conſecraviſſe, tam eximia ingenii felicitate, ut ple-

nam

nam artium Academiam in Tuo unius pectore clauſeris, ac in primævo adoleſcentię flore matura prodieris, cum cætera vix effloreſcunt ingenia. Audieram Te Borromęis auctam Conjugiis adeò abſolutum ſcientiarum omnium ſpectaculum in Te præbuiſſe, ut doctrina ultra ſexum eminens nihil diſcendum ignores, nihil doctè dicendum ſileas, niſi jubeat modeſtia. Audieram Te quamquam tot ſcientiarum ornamentis inſtructam, tanta Nobilitate conſpicuam, tot undequaque ſtipatam honoribus, nihilominus (quod rarum) tam inſigni Moderatione, Humanitate Modeſtia, cæteriſque virtutibus præ-

lucere , ut difficile dictu ſit, utrùm plùs animi probitate , quàm eruditione præcellas . Audieram ......
Sed quid adhuc? Dicam de Te , quod Saba de Salomone ſapientiſſimo prædicavit: Vidi oculis meis, & probavi, quòd media pars mihi nuntiata non fuerit. Major eſt ſapientia, & opera tua, quàm rumor, quem audivi. 3. *Reg. C. X. Miretur itaque Politianus Caſſandram , quam ait pro lana librum , pro fuſo calamum , ſtylum pro acu tractaſſe : Plutarchus Aſpaſiam , quæ Philoſophicis , ac Rhetoricis inſtitutionibus abunde claruit , Periclis Magiſtra , & tan-*

dem

dem uxor. Plato Diotimam, quam Socrates Philoſophorum omnium longè optimus appellare Magiſtram non erubuit. Hyeronimus Fabiolam, Marcellam, Euſtochium, quæ literarum ſtudiis, & elegantia ingenii cumulatiſſimè excelluerunt. Quid plura? Jactet Corynnam Thebe, Sappho Leſbus, Lydia Soſipatram, Leontium Græcia, Palmyra Zenobiam, Genebriam Verona, Ceretam ſuam Brixia, ſuas & Venetiæ, & Roma Cornelias. Singulæ ſuis, ſed non univerſis in re Literaria dotibus eminebant: Tu verò Italiæ, atque adeò Europæ Decus ſingulas ingenio, ac erudi-

§ 2 *tione*

tione ſuperemines ita , ut de Te liceat referre , quæ de Stilicone Claudianus in diſpari argumento jam cecinit.

.... Sparguntur in omnes:

In Te mixta fluunt; Et quæ diviſa Beatos

Efficiunt, collecta tenes.

Inde fit , ut non amare non poſſis obſequium operis , quod qualecunque ſit , cum literarium quoddam ſpecimen habeat, Tibi diſplicere non poteſt , dum offero . Tui Nominis auſpiciis devoviſſe ſatis eſt , ut ſit in pretio: Tibi placuiſſe , ut Eruditorum ſinu foveatur : Vides igitur , quænam ſint argumenta , quibus ad Tui Nominis Patrocinium

ex-

expoſcendum commovear . Reliquum eſt , ut Tu ſereno excipias vultu hoc obſequii immortalis anathema , Tuo , fateor , impar ingenio, quemadmodum Tibi quælibet impar eſt laus : Hoc a Te mihi liceat polliceri : Tuque vivas æternitati Celebratiſſima Mulier , ac Borromeę Genti, cui nihil Magnum , nihil ſplendidum deeſt , auge decus , adde Carolos . Vale .

Dat: Brixiæ Sexto Biſſexto Sæculi Decimiočtavi.

NOI

NOI
REFORMATORI
Dello Studio di Padoa.

HAvendo veduto per la Fede di reviſione, & approbazione del P. F. Tomaſo Maria Gennari Inquiſitor Generale nel Libro Intitolato; Franciſci Roncalli De Aquis Mineralibus Coldoni Diſſertatio Phyſico-Chymicó-Medica, non v' eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Secretario Noſtro; niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza à Gio: Maria Rizzardi Stampatore in Breſcia, che poſſi eſſer Stampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, & di Padoa.

Dat. 21. Febraro 1723.

(Gio: Franceſco Moroſini K. Ref.
(Alviſe Piſani K. Proc. Ref.
(ſ. Piero Paſqualigo Ref.

Agoſtino Gadaldini Segr.

DE AQUIS COLDONI MINERALIBUS.

DISSERTATIO
PHYSICO-CHYMICO-MEDICA.

IN Mediolanenſi Provincia, ubi Larius lacus Abduam reſtituit, Leuci ager exſurgit, multiplici non minùs Pagorum amænitate, quàm opportuna ædificiorum multitudine celebris. A læva per quatuor circiter milliaria in fertiliſſimos campos excurrit, a dextera verò, atque ab Aquilone, perpetuo montium jugo circundatur, unde theatrali veluti proſpectu radiis meridionalibus patet. Tota tamen planities ſuperiùs ad imas propinquorum montium radices frequentibus variegatur colliculis, lętiſſima paſcuorum ubertate florentibus, inferius verò uſque ad Lacus littora fæcunda ubique viriditas vario colore progerminat, & hinc per latus omne vineta rubent, unamque faciem e directo contexunt, inde frugifera ſegetum meſſis flaveſcit, ut vix alibi terrarum felicior videatur in gramina luxuries. Si oculus longiùs mittitur, aut ab inculta Dumani hyeme, *Leuci Ager deſcribitur.*

aut ab inacceſſo Agrę vertice, ut plurimùm in nubibus fracto, citò caſtigatur. Ex adverſo, ad meridiem ſcilicet, uſque in oppoſitas finitimas oras longè, latèque diffunditur. Acerrima verò, quę ibi degunt ingenia, homines longævi, morumque ſuavitas aeris ſalubritatem jam ſatis oſtendunt, vel quia brumales venti, quos Baliſii fauces evomunt, a ſalubribus Euris, & Zephyris Larii lacus temperentur, vel quia ab alternantibus collium, & vallium anfractibus noxia alioquin vis paulatim frangatur, atque miteſcat. Ne quid tantæ Regioni denegaſſe viſa fuerit natura, aquas ipſi dedit, non ſolùm innoxias, ut in communem uſum inſervirent, non ſolùm abundantes, ut ędificia, cum inſigni Incolarum proventu, perpetuis tumultibus obſtreperent, ſed medicatas, ut earundem ope poſſet nutans humani corporis fabrica in perpendiculum aliquando reſtitui: Coldonum dico, cujus perennis, & brumali tempore tepida ſcaturigo ab internis Giovi, ſeu Serratę viſceribus erumpens, dein longiſſimo, & interrupto montium dorſo, lętis flexibus procurſans, miſceri dein lacu properat, & Bonacinam priùs a dextera, inde Aquatum a læva lambens prępalabitur, tandemque per inclinatam parumper ſoli ſuperficiem, non longè a munitiſſimo Leuci Oppido, ad lacum decurrit.

Acre ingenium, & longævitas aerem ſalubrem portendunt.

Ad Leucenſis Agri felicitatem, quæ cõſpirent.

Coldoni tepida ſcaturigo ubi ducat originem.

Commendata ab eventu ſalubritas anſam præbuit dubitandi utrùm medicata latere poſſent aliqua effluvia, morbis forſan apta tollendis. Diu in dubium res acta fuit, tum quia fortuitę curationes, quæ in hoc, vel illo contingebant, infelici aliquando in aliis eventu deplorabantur, tum quia veteres ejuſdem præſertim Regionis Phyſici opportunò ſcrutinio earundem vires non inveſtigarunt. Tandem poſtremo nuper labente ſęculo, ab oculatiſſimis

Coldonũ aliquando ſalubre, aliquãdo damnandum.

tiſſimis in Medicina facienda Viris Gazzaro ſcilicet, & Angelo Homobono varia tentata fuere examina circa Coldonenſium Aquarum naturam, eventumque parem fuiſſe ſuis votis, probabili conjectura autumandum eſt, quandoquidem inſigni Ægrorum emolumento, iiſdem, dum viverent, ſemper uſi ſunt, ut teſtantur ſuæ ſchedę a Joanne Maria Rainerio, Chymiam Caſtelli profitente, mihi fideliter transmiſſæ. In limine tamen ipſe Gazzarus ſenior fatetur ancipitem eſſe de hoc latice doctrinam, tum quia diſtinctivus ſapor deſideretur, excepto quòd, ſi ad ignem ponatur, quo periculo teſtatur aliquod, quàmvis exiguum, tenui tamen palato ſenſibile, aciditatis emergere veſtigium. Fęces verò a diſtillatione reſiduas indubiè aſſerit terram veluti lemniam repręſentaſſe, aucto ad aciditatem ſaporis gradu. Per viginti circiter dies in vaſe ligneo aſſervata graveolentem ſulphuris odorem emittit; Denique vitriolica aliqua tinctura inſigniri eaſdem autumat, quinimo nitroſa. Hiſce conjecturis innixus, & peculiari ſua experientia edoctus, eaſdem propònit in dyſenteriis, in calculoſa Renum diatheſi, atque in Ventriculi debilitate.

Gazzarus Senior, & Angelus Homobonus Aquas Coldonenſes examinarunt.

Difficile de Coldono judicium.

Sedimentum Coldonenſium Aquarum aliquam aciditatem oſtendit.

Coldonenſis aqua ſulphuris odorem exhibet.

Aquæ Coldonenſes laudantur in dyſenteria, in Calculis, in Ventriculi debilitate.

Angelus verò Homobonus, præter chalybeatam indolem, aliquam etiam addit auri, & argenti tincturam, & quò ad practicum uſum, pari ritu procedit, ſcilicet in temperando ebullientis ſanguinis fervore, atque in obſtructionibus reſerandis.

Ex quo exceſſere ſtrenui adeò Coldonenſium Aquarum Patroni, habuit ſua ſidera & medicatus amnis, quàmvis non proletarię curatio nes ſępiſſimè vocem extollerent. Dum igitur autumnalis otii gratia in Valleſaxina commorabar,

Ciceronis monitum. Quæ ruri agenda ſint.

morabar, ſubiit animum quod M. Cicero (1) 1. de legibus admonuit; Scilicet, „ ſi quæ dies ad ruſticandum „ datæ ſint, ad eorum numerum accomodentur, quæ „ ſcribimus „; Ideòque, dum inibi quieſcerem, opportuna examina facienda eſſe cenſui, ut dein in Patriam propè dies reverſo, majoribus meditationibus, & periculis confirmarentur, ad hoc ut in poſterum de his Aquis tutior doctrina vigeret.

Coldoni iter.

In ſuperandis autem Coldonenſis alvei cautibus nihil occurrit peculiare, quod noſtras mereretur animadverſiones, niſi quod adventitii viciſſim rivi ſecundùm laterales convallium deſinentias in Coldonenſe fluentum exonerabantur; Unde adhuc admirari non deſino, quomodo apud nonnullos invaluerit mos hauriendi aquas ad uſum Ægrotantium prope pontem Aquati; Quandoquidem etſi inibi minùs cruda, & forſan levior ob conceptum a motu aerem reperiretur, nihilominus mineralia effluvia, repetito elementaris lymphæ occurſu, probabiliter fuſiùs liqueſcerent, ſaliumque, ſi ulla adeſt, potentia ulteriùs diſſolveretur. Pedes itaque figimus prope vallem Terminorum, ubi bifurcata videtur Coldoni origo, ſed falsò: Eò quia Terminorum vallis perennibus non gaudet aquarum ſcatebris, nec a penitiſſimis Dumani radicibus, aut internis Albani, ſeu Melmæ viſceribus, ubi foſſilium, & metallorum latere poſſunt matrices, ſua ducit natalia, ſicco etenim cęlo frequentiſſimè ſterileſcit. Quà tamen inferiùs ſuas lymphas tranſvehentibus Coldoni aquis immiſcet, quidam Fonticulus emergit, nullis obnoxius viciſſitudinibus, quas patitur memorata Vallis, ſed potiùs, attenta ſua perennitate, Coldonenſibus lymphis com-

Aquæ prope Aquatum non ſunt ſumendæ.

Aquæ Vallis Terminorum non ſunt perennes.

(1) *Ut Patetur in Epiſtola ſua* 17 *lib.* 2 *verſùs finem.*

comparandus; Quare poſtremo hoc ſeculo non defuere, qui ejuſdem aquis, felici etiam cum eventu, uſi ſunt. Nihilominus placuit ab antiquiori experientia dirigi, & ſecundùm memorata illuſtrium Medicorum monita aquas ab ipſo Coldonenſi flumine haurire, ſitumque, ubi dicitur vulgò Guardalupo, ſeligere. Cumque locus hic aſcendendo a dextera occurrat, liquido conſtat, etiam antiquitùs inibi receptas fuiſſe aquas, ut evitaretur aquę Terminorum vallis miſcella.

Fonticulus Coldonenſibus lymphis comparandus.

Haud equidem ignoro, quòd ſuperiùs etiam ab interruptis Ernę ſcatebris adventitii aliqui ſurculi emergunt; qui per duplicem præſertim vallem Glaciei ſcilicet, & Gattolæ in eundem met amnem labuntur: Verùm nullum ab his pertimeſcendum magni momenti damnum: Quandoquidem, ſi humida tempeſtas preceſſerit, aut tempore ſumendi aquas vigeat, (quo caſu accidentales rivi intumeſcerent medicatam vim fluminis hebetantes) tunc ſanè nemo in phyſicis erit tam proletarius, ut eaſdem ſuis Ægrotantibus ſuadeat potandas; Stantque non pauca Illuſtrium Auctorum placita, quæ in humida ęſtivi temporis conſtitutione Acidularum, & Thermarum uſum maximè ſuſpectum faciunt. Quæ tamen rationalis conjectura duplici præſertim innititur fundamento, ſcilicet tam ratione aquarum, quàm ratione ægrotantis ſubiecti. Ex parte aquarum: Certum eſt, quod probabiliter admiſſo pluvialis immenſi laticis additamento, mineralis, ſi quę adeſt, indoles caſtigatur: Ex parte verò ſubiecti: Humida tempeſtate ponderoſior ſit atmoſphæra, majuſque a graviori circumambiente aere organa comprimuntur, unde ſequitur, quòd participata intrinſecis etiam vaſis (ut in corporibus oſcillantibus facillimè contingit) ſtrangulanti

Binæ Valles Coldonēſe fluentum contemerant.

In humida tempeſtate Aquæ non ſunt potandæ.

Quomodo Aquarum tranſitus in Corpore animali præpediatur.

gulanti modulatione, preſſæ, & in mutuum contactum actę vehentes fiſtulæ, aquarum tranſitum ad urinæ vias denegarent, imminutis quin imò ab humida tempeſtate actuantis caloris viribus.

In Aquarum potu Caniculares dies ſeligēdi.

Ubi verò ſicco cælo caniculares dies exęſtuent, ſaluberrimus evadit aquarum potus, undè ſuperatis inferioribus rivis, ipſoque Terminorum Vallis in Coldonenſe fluentum connubio, illico ac Guardalupum attingimus, inibi poteſt aqua ſeligi; Quod ſi adhuc ſuperiùs ab adventitiis Ernæ hyatibus, & Glaciei, Gattolæque convallibus lympheus latex decidat, aut erit exiguus, vimque medicatam fluminis non immutabit, aut, ſi perennis, ab iiſdem internis foſſilium, & minerarum matricibus diffluet, a quibus Coldonum ſua ducit natalia. Ait enim celeberrimus Lanciſius (1) „ eſto ad plura milliaria di- „ ſtent, proclive eſt, & æquum ſuſpicari utriuſque foſ- „ ſilis conditiones, & qualitates convenire „. Maximè quod in toto Ernę monte ferri fodinę, licet neglectæ, reperiuntur, atque ſuperiùs Coldonum a ſalebroſo alveo combibitur, unde, opportunis forſam repertis ſtratis, in Ernæ memoratas valles Denuo convehitur. Ex quibus omnibus optimè conſtat ratio, cur in idoneo ſtatuendo àquæ potandæ ritu ſaltem Guardalupum debeamus pertingere.

Ad plura milliaria occultæ mineralium venæ cōſentiunt.

Aquæ Coldonenſes in ſua ſcaturigine probabiliter ſunt meliores.

Quamvis ulteriùs remaneat diſcutiendum, utrùm adhuc propiùs primariam ſuam originem ſeligendæ eſſent, & ſcandendum ne eſſet totum Boatii dorſum, Ernæque latus, uſque ad montem Serratę, ubi Coldoni rudimenta modeſta nativitate primùm ſcaturiunt. Quod quidem ſummopere mihi laudandum venit, cum inibi Coldonenſis lympha intemerata enaſcatur, nec inſitæ vires ab aliis

(1) *De Sylva Ciſternæ, & Serminetæ Conſilium pag.* 103. *T.* 1 *P.* 2.

aliis aquis diſſolvantur. Verumenim verò in præſentiarum non agimus in obſcuris, nec rationibus arguendum ultra eſt, ubi aqua ſalubrior exiſtat; Quandoquidem repetitis per integrum ſæculum experimentis repertum eſt, & confirmatum aquas Coldoni, prope Guardalupum ſumptas, difficiles curationes interdum abſolviſſe. Quia tamen impar aliquando fuit optatis eventus, & fatalia contigerunt accidentia, reſtant ulteriùs, chymica præſertim analyſi, inquirendæ integrantes medicatum hunc laticem particulæ, ut ſecura jaciantur remedii fundamenta, atque in poſterum inſtituatur potus, ubi, & ſolummodo quando hę aquæ poſſunt naturæ laborantis reparationi conſulere.

Boni, & mali eventus ab aquis Coldonenſibus.

Nervosè igitur in id potiſſimum enixus ſum, ut Coldonenſes Aquæ, prope Guardalupum infuſæ, citiſſima, quàm fieri poſſet, diligentia Brixiam veherentur (tanto etenim examini in ipſa met Leuci regione incumbere non vacabat); Quandoquidem in examinandis aquis ad acidulam præſertim naturam vergentibus, quæ a ſola reſolubili, quàmvis minerali ſubſtantia fæcundantur, ut alibi fuſiùs diximus, id ſemper obſervavi ſolemne, nempe, quòd in dies evaneſcit earundem activitas, quàmvis hoc interdum ſuam etiam intrinſecam indolem detegat, hoc eſt, ſi ſulphuream. Quies etenim ſinit, ut elaſticę ſpirituum partes, quæ in auras propria inclinatione feruntur, ab aquoſis carceribus extricentur, unde ad mutuum magis contactum redacta impura ſulphuris rudimenta putredini viam ſternunt, atque ingratum naribus odorem propinant.

Aquæ Coldonenſes Brixiā vectæ ſunt.

Acidulæ a reſolubili ſubſtantia fæcundantur.

Quies in liquidis putredini viā ſternit.

Inſtructo igitur primùm ope hydropondii experimento, Coldonenſis aqua idem pondus teſtata eſt, quo ipſæ

Coldonenſis aqua hydropōdio tentatur.

puteales

puteales noſtræ Brixienſes tunc temporis gaudebant, quàmvis aliquatenus leviorem Coldonenſem aquam cenſeo, ob majorem promptitudinem, quàm habuit ad ſuſcipienda caloris effluvia, ut apprimè docuit experimentum infuſi thermometri, in cujus tenui tubo promptiùs ad altiora impulit vini ſpiritum Coldonenſis. Quod, ut meliùs intelligatur, videatur experimentum celebratum in examine aquarum Hirmenſium pag. 26, eadem etenim methodo uſus ſum.

Vix levior cæteris communibus.

2. Cryſtallinam ſemper in vitreis organis ſervavit faciem, prçterquamquòd viginti elapſis diebus, ubi tenues nubeculç in mutuos amplexus ferebantur. Sapor tamen inſipidus deprehenſus eſt, quàmvis illico ac fuerit epota, nec nauſeam, nec Hypochondriorum tenſionem, nec borborygmos, aut pneumatoſim producat.

In vaſis vitreis aſſervata nitorem ſemper habet cryſtallinum.

A potu nullum damnum in viſceribus naturalibus.

3. Ubi quinquaginta librç in vapores lentiſſimo ignis gradu fuerint reſolutæ, ſedimentum relinquit dimidiam unciam plus minus pendens, velamenti ad inſtar vitreæ cucurbitæ adhærens, quod diligentiſſimè abraſum, primo intuitu albiſſimis videbatur integrari arenulis in ſubtili terra ſepultis, cujus tamen ſapor acidiuſculè linguam feriebat, quàmvis cum ſpiritu nitri promptiorem fermentationem inierit, quàm cum oleo tartari, ubi exiguç tantùm, & citò evaneſcentes bullulæ viſæ ſunt. Cujus phçnomeni ratio fermentandi; ſcilicet cum duobus oppoſitis ſpiritibus in promptu eſt; Hoc eſt corporum reſidentiam integrantium organica, & eſſentialis diverſitas, unde terreç, & alchalicæ partes, utpote mole majores (quarum genitor interdum eſt ſolus ignis) cum acido nitri ſpiritu prolixiùs efferbuerunt, cæteræ autem, utpote minores, & de acidorum familia, cum ſpiritu tartari fermentationem nactæ ſunt.

Sedimentum vitreæ cucurbitæ adhæſit.

Fermentatio nem cum ſpiritu nitri nactū eſt.

Etiàm cum oppoſitis ſpiritibus.

Ope

Sedimentum microſcopio examinatur.

Ope verò exactiſſimi microſcopii luſtrata arenularum multangula ſuperficies, ut plurimum deſinebat in priſmata baſis triangularis æquilateræ, quòd in nitroſis præſertim ſalibus eſt ſolemne; Cumque auſteri ſaporis abſentia aluminoſam indolem excluderet, & ſuper ignitis laminis viciſſim dureſcentes bullulæ nitroſam indolem ulteriùs portenderent; Sic ubi ab allato brevi examine indubiè emerſit nitroſa Coldonenſium aquarum natura, cętera quoque experimenta, quibus nitroſæ aquæ dignoſcuntur, atque ab aliis diſcriminantur, in medium adducta ſunt, ſenperque idem conſtantiſſimè viguit phænomenon.

Bullulæ ſuper ignem dureſcentes nitrum portendunt.

Tentamen, quo Saltem, proximè, nitroſæ particulæ in Aquis Coldonenſibus determinătur

Cumque tamen operæ pretium duxerim determinatas, quò ad fieri poſſet, nitroſi ſalis particulas, quibus Coldonenſes aquæ fæcundantur, ſtatuere, igniſque tormentum, non citra conjecturæ lapſum aliquando celebretur; Sic ſelectis duobus, & vitreis vaſis ſedulè enixus ſum, ut in uno decem Coldonenſis laticis libræ, in altero verò par putealium aquarum quantitas poneretur; periculum inde facturus, utrum mox infuſus nitroſus ſal uberiùs a Coldonenſi, quàm a puteali aqua diſſolveretur: Quandoquidem jam innoteſcit limitatam eſſe quantitatem ſalis, qui in data aqua poteſt diſſolvi; Ex quo provenit, quòd, ſi ſaturato jam lixivio novum infundas, vel ejuſdem, vel alterius ſalis additamentum, aut, ſi levior humido, ſupernatabit (ſal etenim quàmvis, ut plurimum aqua gravior poterit innatare, ſi ętherogeneis, & præſertim oleoſis erit nuptus particulis, ut videre eſt in Bibliotheca Anatomica Eruditiſſimi Mangetti (1)), aut ſecus deſcendet ſecundum propriæ gravitatis ingenium. Hac igitur lege in naturæ gremio a chymicis, atque hydroſtaticis

Limitata eſt ſalisquantitas, qui in aqua diſſolvitur.

Sal aliquando poteſt aquă innatare.

* B *

(1) *Tom. 2. Par. V. De Æconomia Animali pag.* 1057.

ſtaticis experimentis petitâ, erroneum videri non debet, quòd, cum intra Coldonenſis aquæ corporaturam diſſeminata, atque a penitiſſimis Serratæ cryptis abſorpta ſupponantur nitroſorum ſalium corpuſcula, minor autumanda ſit ſolvendi ulteriùs nitri aptitudo, unde illa eadem major juncti nitri portio, quæ ad fundum Coldonenſis aquæ deſcendet, opportuno erit argumento parem quantitatem in Coldonenſibus lymphis jam præextitiſſe. Quia tamen ſecundùm celebrata mediis præſertim evaporationibus experimenta, abundè conſtat, pauciſſimas eſſe, & in immenſo veluti latice diſſeminatas nitroſorum ſalium particulas, ideò viriliter in hoc eſſe incumbendum quiſque facili negotio ſibi ſuadebit; Multa ſiquidem inſtant accidentia, quæ experimentum poſſunt fallere, & præſertim vel auctus, vel imminutus alterutrius vaſis motus, cui, cum totum debeatur exſolvendi nitri molimem, ſic nullo adventitio auxilio rem abſolutam ire ſinendum eſt. Quòd verò etiam quieſcente vaſe inteſtinus quidam in aquis motus ſemper vigeat, pluribus probando non immorabor, tum quia non eſt hujus loci hoc explicandum ſuſcipere, tum quia id eos tantùm ignorare accidat, qui rudes, aut hoſpites in phyſico-mechanicis non ſine ingenti piaculo diverſantur. Aeris ſiquidem preſſio, calor, & lucis penetratio ſphericas aquæ particulas in perpetuum motum adigunt, unde ſtatim ac liquandum nitrum fuerit immerſum, aqueę particulæ patulas ingrediuntur poroſitates, ſolutiſque nitroſis fruſtulis ſubtiliora ſalium corpuſcula combibunt. In prædicto igitur experimento, volupe fuit obſervare, quòd ex duabus nitri libris in Coldonenſi aqua infuſis, octo unciæ cum ſemidrachma ſubſederint, in puteali tantummodo octo: Ex

Pauci admodum ſunt nitroſi ſales, quibus Coldonum fæcundatur.

Contentum liquidum, licet vas quieſcat, movetur.

Exitus experimenti.

quibus

quibus licet arguere aquæ Coldonenſis poros in primæva origine eſſe nitroſis effluviis præocupatos, putealis verò, utpote nullis corpuſculis ſaturatos, uberiores nitri particulas in ſuo ſinu condidiſſe. Utrùm verò ſoluta corpuſcula inter inania aquæ ſpatia includantur, aut inter aquę particulas, ipſas dilatando, interjaceant, facillimum ſtatuere cenſerem, hoc eſt ambo contingere: Quandoquidem ſoluto jam nitro, aquæ moles nec illa eadem eſt, ac fuerat quando fruſtula immerſa ſunt, etenim eſt minor; Nec illa eadem eſt, antequàm fruſtula immergerentur, eſt etenim major.

Sales in aquis ubi nam cubent.

Difficultas autem, quæ ſuper hoc argumento emergit, ſcilicet, quomodo particula nitri in ſpecie aqua gravior ſecundùm hydroſtaticas demonſtrationes legibus gravitatis non obtemperet, & motrices fluidi impreſſiones non poſſit eludere, jam aliquatenus diſcuſſa eſt pag. 45 & 46 (1), meliùſq; quinimò rem ipſam agit celeberrimus Gulielminus (2), ubi nitidiſſimè demonſtrat non eſſe poſtulandos gravitatis effectus a minimis particulis exigua gravitate pollentibus, tum quia fluidum diſſolvens non eſt quietum, tum quia incapax datur in ipſis momentum particulas aquæ ab invicem diſſociandi, vi propriæ gravitatis, & preſſione fluidi ſuperincumbentis.

Particula fluidis gravior aliquando innatat.

Nitroſos igitur ſales in Coldonenſi flumine deliteſcere hoc quoque evincit experimentum, & utinam chymicis hiſce conatibus alia etiam dos, quę in elaborato ab ipſa natura hoc latice ſolis coniecturis probari poteſt, eluceſceret; Tutiora etenim ſtatuerentur futuræ hypotheſis fundamenta, ſperandaſque curationes ſecurior ratio fulciret, chalybeata dico effluvia, quorum præſentia argu-

Nitrum in Coldonenſibus aquis detectũ eſt.

(1) *In Tractatu de Aquis Hirmenſibus.*
(2) *In Diſſertatione de Salibus pag. 88. & reliquis.*

enda eſt a ferri fodinis adhuc extantibus, ubi Coldonenſis lympha exſurgit, atq; a promptitudine, qua viſcerum ambages traicit, & dyſentericę inteſtinorum diatheſi medetur. At clarè fateor incaſſum ceſſiſſe omnia tentamina in ferreis hiſce ſtabiliendis effluviis Coldonenſem lympham fæcundantibus; Quod tamen æquum eſt ſuſpicari contingere ob exiguam, & tenuiſſimam eorundem indolem, nullis notabiliter nuptam menſtruis, quibus dignoſcitur, & diſcriminatur; Alioquin, ſi ferrea rudimenta, aut pyriteis matricibus jungerentur, aut vitriolico non carerent connubio, certum eſt, quòd faciliùs dignoſci poſſent. Nec ideo tamen, quia chalybeatus hic ſpiritus examinis incudem effugit, arguendum eſt a Coldonenſi flumine abeſſe; Quandoquidem in medicatis aquis ſe ſolùm prodit mediis ſibi junctis foſſilibus, aut mineralibus, excepto quòd in aqua ferreis, atque ignitis lamellis medicata, quæ ſi nondum ad cryſtallinam faciem evecta, in vitrea cucurbita tenui ignis gradu evaporetur; Exſiccato jam ſedimento nigricantes, & præſertim pyramidales particulæ ab uncinatis magnetis effluviis alliciuntur, atque hæſitandi locum auferunt. Secus verò, ubi ferrea principia aquoſum laticem eſſentialiter non intrant, nec aliis copulantur metallis, quàmvis a nitroſis, aut aluminoſis ſtipentur ſalium potentiis, nec magnete, nec quovis alio tentamine ſua panditur natura. Quod, ut melius innoteſceret, atque ad eruditionem comparandam periculum feci in chalybeato, & cryſtallino quodam latice in penitiſſimis fodinarum Vallisſaxinæ receſſibus ſubſidente, ubi vulgò dicitur Varone. Allatis ſiquidem Paſturum, ejuſdem Vallis Pagum, duodecim hujus aquæ libris, atque annuente D. Franciſco Ticozio celebri Regionis Phyſico in

Ratio cur chalybeata effluvia in Coldonenſi latice non emerſerint.

Aqua ferro ignito chalybeata ſigna ferri prodit.

Ferrea in ſedimento effluvia a magnete non alliciũtur

in auras reſolutis, ab exiguo ſedimento Brixiam tranſmiſſo nunquam ferrea emicuit indoles, etſi aliqua ſalium præſentia abradi potuiſſe mineram indicaret, & ſamis productio, atque vix credibilis celeritas, qua tranſitum ad urinæ vias ſibi ſternit, ut notant inibi Foſſores, ferreis, & pyramidalibus ſpiculis integratam eſſe ulteriùs confirment.

Aqua ſupra mineram ferri ſemper reſidens examinatur.

His igitur aliiſque pluribus de nominibus optimè conſtat ratio, cur in Coldonenſibus lymphis ferrea hoſpitari poſſint effluvia, chymicam quamvis analyſim effugiant. Quia tamen fieri non poſſe mihi videbatur, quin aliquando, aut majori facto in Serratæ viſceribus prementium aquarum additamento, aut novis excavatis vividioribus ferreæ minerę ſcrobibus tumidior, & agitatus Amnis, vel accidentali lignorum propugnaculo refractus, vel horizontali alvei ſuperficie requieſcens, conceptas fæculentias deponeret, ſic habita præ manibus exigua earundem portione, quæ in anguſto prope Guardalupum ſinu, aquiſito ad gravitandum momento, placidè ſubſederat, medioque igne ſublimata, colorem inter flauum, & aurum ambigentem induta eſt: Quinimò aliquot guttis olei tartari inſtillata, ærugineam aliquatenus faciem præſetulit, undè de latentibus ferri principiis haud dubitandum.

In Aquis poſſunt dari chalybeata effluvia, quàmvis analyſi neququam ſeparabilia.

Sedimentum Coldoni igne tentatum aureum colorem exhibet.

Vis igitur Coldonenſis fluminis duabus præſertim innititur dotibus, nitro ſcilicet, ut chymica experimenta probant, & chalybe, ut probabillimè coniecturæ ſuadent. Utrùm verò alia etiam includantur foſſilium, aut metallorum principia, ſcire nimis arduum, tamque laborioſa fateor me terret provincia. Quandoquidem, cum difficile hoc opus nunquam perfectè abſolutum fuerit ab ipſis cordatiſſimis Viris, qui actuoſiores Thermas diſcuſſerunt;

Coldonum duplici vena fæcundatur.

Multò

Mineralia Coldonenſium Aquarũ principia chymicũ examen effugiunt.

Multo magis in caſu noſtro augetur difficultas ob tenuem venam, quam latex combibit, unde nonniſi ægrè poteſt deſumi medicantium effluviorum ſubdominans natura: Hoc ipſum teſtante celebri Gulielmino (1) ubi ait „ miſcel-„ lam diverſorum ſalium raró præcaveri poſſe, non ob-„ ſtante minerarum determinatione: Plura ſiquidem in „ promptu ſunt accidentia regulas naturæ ſaltem tantis-„ per turbantia; Hoc autem ut plenè intelligatur, ex-„ plicanda eſt ratio, propter quam fiat, ut unius tantum-„ modo generis ſales in certa quadam minera irretiantur, „ non alii, niſi pauciſſimi, alii in terris recondantur, „ alii in lapidibus, & alii ſuper eaſdem mineras efflore-„ ſcant „. Quàmvis Coldonenſium aquarum natura poſſet e longinquo ſupponi, quia ſæpiſſimè nitrum ab aluminoſo-ſulphureis, & vitriolicis promiſcuè matricibus integratur. Præterquamquòd etſi dum ſcribo, hæc e voto contingerent, quiſnam, ut alibi dictum, polliceretur fore ut eędem aquæ proximo menſe iiſdem pollerent viribus, aut futuro anno aliquatenus non immutarentur. Sanè qui philoſophico lumine contemplatur tam multigenas intimæ telluris viciſſitudines, quàm varios ſalium, & metallorum occurſus, lentiſſimo paſſu in aquarum adminiſtratione procedit; Jamque adventante æſtiva tempeſtate, ubi earundem potus inſtituitur, omnia primùm rimatur circa fontem, aut amnem accidentia, de præteritis temporum, & aeris motibus reminiſcitur, ipſumque laticem ſedulo ſcrutatur examine. Quæ omnia, ſi quivis Medicus in propria praxi animadverteret, tam fatales non contingerent eventus, totque clariſſimi olim Fontes, amiſſo in præſens nominæ, non ſquallerent, at-

Nitrum ferè ſemper unitum alumini, ſulphuri, & vitriolo.

Aquarum vires in dies mutantur.

Quæ facienda a Clinico ſint ante aquarum adminiſtrationem.

que

(1) *In Diſſertatione de Salibus pag. 66.*

que adeo ſordeſcerent. ſed redeo ad provinciam.

Et primò, ne præter debitam rationem aut abundemus, aut deficiamus, ſed rem, qualis eſt, per ſuas legitimas cauſas exponamus, videndum eſt, quibus viribus polleat Coldonenſis aqua ratione nitri. Neque hic per ambages prolixè repetam, quę de ipſo abundè conſtant; Dum omnis, qui medicam praxim non in ſolo limine ſalutaverit, optimè callet nil ipſo aptiùs, ubi præternaturalis æſtus compeſcendus eſt, ubi calculus a renalibus thecis loco movendus. Quinimo ecquid tanti intereſt animali ęconomię media reſpiratione perpetua aeris acceſſio! niſi quia nitroſas particulas in ſanguinem convehit, quæ muriaticis eduliorum ſalibus junctæ ſuum famulitium præſtare ait Famigeratiſſimus Dominicus Gulielminus (1) „ in reſolvendis in ſua principia fibra, & globulis rubris, tum motui muſculari ex parte excitando, „ tum fermentis componendis, tum nutritioni, & ſpeciei „ propagationi promovendæ, & infinitis aliis efficiendis „. Si verò dubitetur de nitroſa aeris natura, conſulantur idem Gulielminus (2), & Joannes Majovv (3), qui nervoſè quęſtionem abſolvunt.

Nitri vires & uſus Medicus.

Aer æconomiæ animali utilis, quia nitroſus.

Nitroſę igitur indoli chalybeata adde principia, adde puriſſimum, & cryſtallinum laticem ex penitiſſimis percolatum cryptis, adde demum fractam aliquatenus ejuſdem cruditatem ab aſperis clivorum ſaltibus, atque a meridionali plaga, qua totus amnis perpetuò verberatur, & proinde a collatis accidentibus facili negotio colliges, quę à Coldonenſibus aquis emolumenta ſperanda ſint. Quando tamen meam criſim candidè, ut ſoleo, & philoſo-

Aquæ Coldonenſes cur ſalubres.

(1) *In Exercitatione de Sanguinis natura pag. mihi* 73.
(2) *Ibidem pag.* 40.
(3) *Tractatu de* Nitro.

loſophos decet in medium debeam adducere, indubiè aſſeram laudabilem hanc lympham multis ęgritudinibus poſſe mederi, multoties nullo futuram adiumento; Id circò ne culpanda veniat exarata propoſitio, ſeduliori trutina diſtinctos caſus perpendam, ut uſurpandi, aut evitandi Coldonenſis laticis ratio apprimè innoteſcat.

Coldonenſis Aqua aliquā do prodeſt aliquando non.

Et quidem primo; Non omnes commentabor ægritudines, quæ a medicatis lymphis ſubigi patiuntur, ſed eaſdem tantummodo, quæ a nitroſo chalybeatis aquis medelam poſſunt ſuſcipere, atque noſtrum argumentum ſuper Coldonenſium indole tantummodo reſpiciunt. Quando igitur aſpera exoticorum ſalium familia ſanguinem inficit, quando hypochondriorum æſtuationes futuram in liquidis effervеſcentiam minitantur, quando pertinax ſibi invicem cohærentium maſſularum ſaburra, aut in Pancreate, aut in imi ventris viſceribus congeritur; Tunc ſanè, pręſertim ob impeditum a compreſſis canalibus, aut ab interno ſtagnante lentore, aquarum tranſitum, nullum levamen ſperandum foret, quandoquidem Coldonenſis lympha, reſpectu aucti nimis morbi, imparibus pollet viribus, quibus ſuperare poſſit occurrentia valida adeò obſtructionum repagula, & confirmatis jam ſanguinis labibus opitulari. Unde, ubi potatus aquarum rivus in purpureum oceanum fuiſſet devolutus, ſpirituum animalium influxum potiùs ſupprimeret, anſamque pręberet, ut particulę lentę, & reſides aliis ferruminatę alicubi ulterius ſtagnando, quieſcerent; Secus verò, aut pręſervativo indicante ſtimulo, aut mitiori ferrociente morbo laudandus ſemper veniet aquarum Coldonenſium potus, tam ubi ſalino acris fluidorum indoles, & æſtuantia viſcera temperanda ſunt, quam ubi tartarea rudimenta-

Quibus caſibus Coldoni aqua vitanda eſt.

Aquarū præjudicia in Corpore animali.

Quando Coldonenſes Aquæ ſeligendæ.

menta in calculum abitura, diſſolvenda, præſertim ubi ab adſtantis Clinici ſolertia chyli officinæ fuerint expiatę, craſſiorque excrementorum quantitas èliminata: In deterſis etenim inteſtinis faciliùs medicatrices lymphæ meſeraicorum ora ſubeunt, quibus dein viis ad urinę promptuarium lapſuræ ſint, nos ignoramus: Cumque tamen alibi promiſiſem prolixiùs hanc rem me acturum ſolvere fidem in præſens æquum eſt: Quàmvis temeritatis notam vereri debeam velle omnia, & ſingula opificis naturæ arcana cogitando aſſequi, eiusque effectus, cognita operandi arte, penitus introſpicere.

Inteſtinorum præviadeterſio multum tribuit ad faciliorē aquarum tranſitum.

Naturæ myſteria mente aſſequi non poſſumus.

Notum jam eſt Helmontii effatum: „Diſcite urinam „cruoris ab urina potus ſecernere, „ ac ſi illa mediis emulgentibus per Renes, hæc a Meſenterio per peculiares ductus tranſcolaretur. Primam ab ipſo ſanguine proficiſſi plurimùm portendunt, cum integrantes ipſius urinæ dotes, tum emulgentium uſque ad finitimas renalium glebarum intercapedines diſtributio, quibus ſalino-ſulphurea excrementa a ſanguineis amplexibus liberantur. Urina verò potus, quæ nullis ſanguineę maſſę characteribus inſignitur, & quę præſertim Acidularum uſu contingit plurimum negotii faceſſit in ſuæ originis criterio, adeò ut incaſſum uſque in præſens inſudaverint tot illuſtrium Anatomicorum examina. Philippus tamen Verheyen (1), acerrimo Vir ingenio, rem acu autumat tetigiſſe, ſtrenuè probans non admittendas eſſe has vias peculiares, eò quia etiam ſanguinis commeatu ſeroſi potus excretio citiſſimè poteſt abſolvi, quandoquidem facto periculo in canis abdomine citò exinaniuntur viæ chylifere, cruorque rapidiſſimo paſſu iter circulationis prætervolat,

duplex urina, ſcilicet cruoris, & potus

Incaſſum quæritur cognitio aquarum tranſitus in corpore animali.

Cruoris circulus rapidiſſimus eſt.

* C * idcirco

(1) *In Supplemento Anatomico Tractatu* 1. *Cap. XXIX. de Urina.*

idcirco quàmvis emulgentium arteriarum diameter exiguam habeat cum reliquis majoribus proportionem, nihilominus exuberans haberi poteſt ſecernendi ſeri proventus, quia a repetito purpurei fluminis appulſu canalium thlipſis compenſatur: Si verum eſt, quod tradit Richardus Lovverus (1), ubi, præeunte Harvejano (2) phoſphoro, ob ſiniſtri ventriculi latitudinem duarum tantum unciarum capacem, ſuppoſita viginti quinque librarum ſanguinis prçexiſtentia, ductoque argumento a bis mille pulſuum vibrationibus, quæ intra horam contingunt, ultra duodecies pariter intra horam ſanguinis circulum celebrari nitidiſſimè oſtendit: Quàmvis non deſint; qui hoc etiam celeriùs fieri ſuadeant, & præſertim immortalis Athenæi Patavini Profeſſor Primarius, atque Cçſareus Archiater Valliſnerius. (3)

Emulgentes, etſi exigui diametri, materiã tamen urinæ ſuppeditant.

Siniſter Cordis ventriculus duas uncias cruoris cõtinet.

Opinio Gulielmi Cole circa copioſã mictionem a largo potu.

Huic opinioni ipſe etiam favet Gulielmus Cole (4) copioſam mictionem a largo potu arguendam cenſens, a difficili ob copiam aſſimilatione potati cum ſanguine, qui „ dum minùs elaborato hoc liquore refertus prç declivi „ ſitu ad glanduloſa Renum corpora appellit, accedente „ nervoſo fermento aquoſa hac materia ſpoliatur; „ Preſſione circumpoſitarum partium, & perpetuo diaphagmatis inter reſpirandum motu non parum opitulantibus: Difficultas quinimo, quæ hoc theorema labefactare videbatur, apprimè diſcuſſa eſt ab ingenoſiſſimo Laurentio Bellino (5), qui colores, & odores diureticorum in ipſis urinis continuatos arguit a peculiari ipſorum natura, „ quç etiam per plures circuitus mutari in ſanguinem mi- „ nimè

Mictionem quæ adjuvent.

(1) *Tractatu de Corde, motu, & colore ſanguinis &c.*
(2) *De motu Cordis, & Sanguinis in animalibus.*
(3) *Nove oſſervationi, ed eſperienze intorno alla Storia Medica, e Naturale.*
(4) *De Secretione Animali Cap. XIII.*
(5) *Tractatu de Sanguinis Miſſione pag. 196.*

„ nimè poteſt, ſed per quamcumque viſcerum ſeriem „ traiciantur, vim, & naturam ſuam conſervant, eò „ quod in nullis glandulis detur vis, ac velocitas, quæ „ ipſorum texturam, cohæſionemque partium conſtitu- „ entium mutare, ac ſolvere poſſit, unde ſemper ejuſ- „ dem naturæ perſiſtunt, & cum ſecerni per renes cæte- „ roquin poſſint, per urinam reddentur, qualia aſſumpta „ ſunt „. Robur aquirit ſecundùm ipſos hæc doctrina ſumpto argumento a chyloſis maſſulis, quæ multoties cum ſanguine circumfluunt, antequam ipſius naturam induant, ut partitis a paſtu horis venæ ſectio apprimè ſuadet; Unde ſicuti chyloſus latex craſſioribus particularum ramuſculis integratus, jamque aquirendę ſanguinis naturæ prædiſpoſitus, ſubigi tamen aliquatenus reluctatur; Sic potiori jure verificari poteſt hoc phænomenon in particulis ſubtilioribus, & majori activitate pollentibus, quæ occurrentium corporum repagula faciliùs effugiunt, nativamque indolem ulteriùs conſervant. His demum acceſſit non ſpernanda objectio Patavini luminis, Eruditiſſimi ſcilicet Joannis Baptiſtæ Morgagni (1) quærens, cur prępedito in alterutro renum urinę tranſitu, ob latens in ipſis aliquod impedimentum, tanta diureticorum copia potetur, quin ulla appareat urinę ſtilla, quę alioquin ad lotii promptuarium deberet influere, ſi aliæ a renibus diſtinctæ ſemitę paterent.

Diureticorũ odores in urinis adhuc ſenſibiles.

Chylus diu cum ſanguine circuitãte quã illius naturã induat.

Joannis Baptiſtæ Morgagni obiectio.

Talibus, & aliis, quæ lubens prętereo, fundamentis innititur conjectura ducendę aquoſi lotii originis a fæcundiſſimo purpurei fluminis gremio, meo quàmvis palato non adamuſſim arrideant. Parcat propterea, minuſque obſtrepat doctus alioquin Richardus Lovverus illis verbis

(1) *In Adverſaria Anatomica in Animadverſione XXXIV. pag.* 73.

verbis (1) „ Quòd magis adhuc manifeſtum apparet in „ iis,qui aquas minerales acidulas tanta copia exhauriunt, „ ut aliquos noverim, qui duos ferè congios aquę unico „ mane, partitis hauſtibus, epotaverint, atque intra quatuor horas totam penè iterum per veſicam reddiderunt; „ Quę aquę copia ſanguinis quantitatem in pluribus hominibus plus duplò excedit, & pariter certum eſt eam „ per utroſque cordis ventriculos, una cum reliquo ſanguine ſępius pertranſiiſſe „. Quomodo etenim tantus poteſt aquarum, & ſi medicatarum, rivus in ſanguinem devolui abſque incolumitatis diſcrimine. Si amiſſo ęquilibrio ob prępollentem in naturalibus alioquin fluidis ſeroſitatem morborum ilias pręſto eſt, quomodo a tanto aquarum influxu cruoris non continget diſſolutio, & ſanguineorum globulorum ab invicem diſcontinuatio! Non ne ſyncopes, & multiformes pulſuum anomalię emergent, coactoque in propriis carceribus ſanguine, & amiſſo ob violentam tenſionem in expanſilibus alioquin fibris ad oſcillandum momento, perennis cyclophoria prępedietur, & ſecretiones ſuccorum in viſceribus inſtituendæ, vitiabuntur! Neque hic obiiciatur illud Gulielmi Colę (2) aquam licet influentem non tamen ſanguini aſſimilari. Paſſim etenim videmus, dum venę ſectio celebratur, ſollicitam ſanguinis promptitudinem, qua aquę miſceri properat: Huic adde inteſtinum, & fermentativum ſanguinis motum, quo adveniens aqua combibitur; Adde oſcillantes vaſorum parietes, quibus adhęſurę liquidorum maſſulę verſùs axim pelluntur, adde demum minutiſſimas arteriarum appendices, per quas arctiſſimè diſcurrere cogi-

Acidulæ totæ non poſſunt in ſanguinem devolui.

Quæ damna emergerent.

Mixtio facillima inter Aquam, & ſanguinem.

(1) *Tractatu de Corde, motu, & colore ſanguinis.*
(2) *De Secretione Animali Cap. XIII.*

cogitur ſanguis, & proinde, ſi potes, argue aquam ſanguini ſtrictiſſima conſortii lege non eſſe conjunctam. Lamentabile propterea damnum, quod a promiſcua hac circulandi neceſsitate pullularet, nemo non videt, cum ipſis quoque Barbitonſoribus intemerata affulgeat lex in ſecto tumore non omne pus evacuandi, ne pænitendus contingat virium exitus, ipſaque cathartica ſedulis interdum Phyſicis ſuſpecta ſint, ne labentes fęces ſecum ſpiritus ipſos vehant. Quid poſtea dicendum de tanto aquarum gurgite ſanguinis amplexus affectante, & per principalia viſcera præterfluo, non ne ſpirituoſa, & vitalia ipſius cruori effluvia delibabit, nec citra gravem jacturam poterit ſecerni! Videatur eruditiſsima diſsertatio Petri Antonii Michelotti (1) ubi a liquoribus ubertim fluentibus virium languores, membrorumque imbecillitates ſubſequi nitidiſsimè oſtendit; Conſulantur Chymici, & ſicuti vini, aut cujuſvis ſpirituoſi liquoris energetica vis citiſsimè hebetatur, & miteſcit ab aqueo ſuperaddito latice, per quem illico impatiens tinctura diſſeminatur, & diſtribuitur, ſic proniori inclinatione in ſanguine idipſum fore conjectandum, adeòque non poſe ſingulo mane ultra quindecim dies cum ipſo cruore æquilibrem aquę molem copulari, quin combibitis, & ſecum tranſeundo vectis ſpiritalibus ſanguinec mas ſę particulis virium lacrymabilis proſtratio ſubſequatur. Nitidiſsimum hujuſce veritatis argumentum exhibet magnus naturæ ſcrutator in chymicis præſertim tentaminibus Robertus Boyle (2): Agens enim de ſpiritus humani ſanguinis proprietatibus, ait „: Quàm mirè factę ſint, aptæque, ut ſe per alios

In ſecto Tumore purulentiæ ſpiritus ipſos ſecum vehunt.

Damnum, quod emergeret a miſcella multæ aquæ cum ſanguine

(1) *De Separatione fluidorum in Corpore Animali pag.* 345.
(2) *In Hiſtoria Humani Sanguinis Parte Quarta pag.* 391. *T.* 2.

Spiritus Sanguinis humani in liquidis facillimè diffunditur.

„ alios convenientium texturarum liquores diſpergant ; „ diffundantque, & unica gutta injecta in uncias quatuor „ aquæ, phialaque leviter agitata, manifeſtum toto liquo- „ re diffuſum eſſe colorem „. Sicuti igitur a levi phialę agitatione diſſeminata per totam aquam, ictu oculi, vidit infuſæ guttulæ principia, non extra rationalem conjecturam erit arguere, quòd ſuppoſito Acidularum tranſitu mediis ſanguiferis ſemitis, dum purpureus oceanus perpetua circulatione rotatus ab advenientibus undis intumeſceret, ex mechanica inteſtini, & progreſsivi motus neceſſitate innatantes, & irrequieti ſpiritus ſecundùm propriæ elaſticitatis ingenium inhiantes aquarum porulos occuparent, lugenda (quòd de multis aliis particulis, & ſalibus in ſanguinea maſſa neceſſariis eſſet pertimeſcendum) dein noxa, viriumque diſpendio per renales thecas ſecernendi. At deus bone? Secus in praxi contingere quotidie videmus, & admiramur. Ubi etenim rationalis indicatio aquarum potum portenderit, vires earundem uſu in dies recreantur, & vigeſcunt, quia exiguo aquarum rivo morboſæ naturę obſtacula, citra periculum removentur, ſanguis ad circuitum prædiſponitur, ſalinę exuberantes particulæ diſſolvuntur, & ſpecificis medicatis effluviis peculiaris morbi indoles domatur, quin verenda contingat vaſorum plenitudo, & ſpirituum nimia ſuppreſſio, quæ totum aquarum ſanguini additamentum de certò comitarentur.

Aquarũ mineralium potu vires recreantur.

Jactura ſpirituum ſanguinis non poteſt compenſari ab aquæ effluviis

Neque illud, credo, in contrarium adducetur poſſe ſcilicet ſpirituum ſanguinis jacturam a medicatis aquæ effluviis compenſari: Quandoquidem lato nimis, & diverſo modo uterque ex his liquoribus ſuo ſpiritu fęcundatur; In aquis etenim vel Acidulis, vel Thermalibus

adeò

adcò exiguæ eſt quantitatis, reſpectu magnæ molis aquę, ut vix poſsit elici. In ſanguine verò, & ſi immortalis Lanciſius (1) Clariſsimum Raymundum Vieuſſenium admoneat „ difficilem, ac planè impoſsibilem eſſe ſpargyricam „ humani cruoris analyſim, tum ex parte artis, tum ex „ parte naturę ipſius ſanguinis „: Nihilominus pręcitatus diligentiſsimus Boylius (2) ab unciis ſeptem benè ſiccati, & non aduſti humani ſanguinis, ſeptem circiter drachmas ſpiritus obtinuit, cujus tamen aliqua pars utrum ſuperadditis debeatur novis corporibus, igni ſcilicet, bolo, vel aeri, Sapientium judicium eſto. Satis etenim nobis eſt vim argumenti hoc parùm minuere, quę validiſsimè urget, ſcilicet abque ſanguinis detrimento viciſsitudinarias has ſpirituum permutationes non poſſe perfici. Sed, quid immoramur in re, quam quivis in Medicina gregarius apprimè jam callet. Spiritale aquarum mineralium, & ſi ab occulta ſulphuris vena advenientium, gas ſpiritui humani ſanguinis eſt ne comparandum?

Perfecta ſanguinis Analyſis eſt impoſſibilis.

Boylius ab unciis ſeptem ſanguinis 7 Drachmas ſpiritus elicuit.

Aquarum mineralium ſpiritus non eſt comparandus ſpiritui ſanguinis.

Mitto prętereа nervearum appendicum compreſſionem, quę ſpiritus animales interciperet, mitto enormiter immutatam ipſius cruoris texturam, flammulęque vitalis, ut aliqui loqui amant, extinctionem, quę ab aqueo adveniente flumine poſſent perpetrari, ſolùmque examinandam relinquo acerrimam difficultatem a Georgio Entio animadverſam, atque in Bibliotheca Anatomica Eruditiſſimi Mangetti (3) deſcriptam. Quòd ſcilicet „ nulla arte, aut „ vi effeceris, ut iniectus in arteriam emulgentem liquor „ per renem in ureterem tranſeat. Nec obſtat ſubterfugium

Liquida, per Renes difficillime trāſeunt.

(1) *In Diſſertatione Quarta, ubi agit, an Acidum ex ſanguine extrahi queat T. 2. pag. 265.*
(2) *In Hiſtoria Humani Sanguinis Parte Quarta pag. 300. T. 2.*
(3) *Tom. 1. Parte II. de Thorace pag. 1031.*

„ gium tuum in iecta illa ad colaturam hujuſmodi eſſe „ prorſus inidonea; Nam nec urina ipſa, quæ jam in ve- „ ſicam pertranſiit, in arteriam emulgentem, quanta vis „ vi immiſſa, illuc denuò penetrabit „. Ex quibus nollem quis argueret me cum Eraſiſtrato, & Aſclepiade renum uſum in ſecernenda urina damnare, ſed ſolùm multum tempus in hiſce perficiendis requiri, & ſicuti, ſecundum etiam ipſa clariſſimi Marcelli Malpighii experimenta (1), anatomico examine ſubacti humani renes cujuſvis liquoris per arterias emulgentes injecti viam ęgrè permittunt, quia conceptus, medio ſyphone, impetus ab arctiſſimis meatuum ambagibus hebetatur, ſic, ſi non pari, ſaltem analoga prope conjectura autumandum id ipſum in vivo animali contingere, adeòque ſolùm facillimum aditum habere urinam ad diſtillandum in ureteres, quia perpetua viget in deferentibus arteriolis arietatio, & in fibroſis glandularum ordinibus oſcillamentum: In mortuo verò glandularum oſtia coeunt, & vaſorum valuulæ collabaſcunt. Sanè ingenioſiſſimus, nullique ſecundus Laurentius Bellinus (2) renales ſiphunculos contemplans, ait „: In renum enim ſectione conſtat ex re- „ nalibus ductibus nihil effluere, licet ſero impleantur, „ niſi ipſos digitis compreſſeris „, imò in vivis valida opus eſſe compreſſione, ut urina labatur, nitidiſſimè oſtendit, quam a diſtento inter reſpirandum diaphragmate proficiſci interpretatur.

Eraſiſtratus, & Aſclepiades damnant uſũ Renum in ſeparanda urina.

Marcelli Malpighii obſervatio circa renes.

In mortuo animali glandulæ, & valuulæ coeunt.

Hanc demum doctrinam infirmo ſtare talo clariſsimè demonſtrarunt odores, & multiformia quædam corpora per urinam reddita, ut videre eſt apud Diemerbroekium (1), &

Odores diurecticorum & multiformia corpora per urinam reddita.

(1) *In Exercitatione de Renibus.*
(2) *In Exercitatione Anatomica de Structura, & uſu Renum.*

(1), & Bartholinum (2), ubi abundant exempla ab Auctoribus magni nominis excerpta, vini non immutati (3), pilorum (4), paleæ hordeaceæ (5), olerum (6), fruſtulorum rad. appii (7), fungorum non exactè in maſticatione contritorum (8), quinimò clavi ferrei (9), acuſque crinalis (10) ante biennium deglutitæ, & cum calculoſo indumento per urinarias vias redditæ. Quàmvis propterea, facem præbente clariſſimo Mangetto (11), ego quoque cenſeam a laſcivientibus mulierculis per latam ſatis Urethram extranea hæc corpora arte fuiſſe intruſa, non tamen indiſcriminatim eſſe expungenda illuſtrium adeò Virorum placita cenſerem, cum hæc, non aliquando ſolùm evenerint, quo caſu ſuſpecta poſſet eſſe credulitas, ſed paſſim memorata, & aucta penes ipſos videamus. Quo ad odores tamen, rationi Bellinianæ ſuperiùs expoſitæ lubenter aſsentimur: Imò (quàmvis repugnante Georgio Entio (12), ob celebratam venæ ſectionem poſt eſum aſparagorum, nullumque deprehenſum odorem, qui alioquin urinam jam inquinaverat) rationi conſonum videtur poſſe activas quaſdam qualitates, & ſubtiliſſima effluvia unà cum ſanguine in perpetuum orbem rapi, quin, ad aliquod tempus, nativa indoles, & figura immutetur:

Mulierculæ per Urethram extranea corpora in Veſicā intrudunt.

Venæ ſectio poſt eſum aſparagorum, nullum odorē eſſe in ſanguine oſtendit.

Subtilliſſimæ particulæ poſſunt cum ſanguine circumire, quin immutentur.

(1) *In Anatome lib.* 1. *de Ventre inferiore pag.* 103.
(2) *De Lacteis Thoracicis Hiſtoria Anatomica.*
(3) *Vide Zacutum Luſitanum lib.* 2. *Pract. Adm. obs.* 71 *&* *Salmuſt. cent.* 2. *obſervat.* 95.
(4) *Vide Tulpium lib* 2. *ob. C.* 52.
(5) *Vide Plutarchum lib.* 8. *Probl.* 9.
(6) *Vide Joaanem Itanborne Anat. Leydenſi.*
(7) *Vide Julium Alexandrinum Annot. ad C.* 14. *lib. de ſubſtant. facul. Naturæ*
(8) *Vide Nicolaum Florentinum ſerm.* 9. *Tractatu* 4. *Cap.* 29.
(9) *Vide Alexandrum Benedictum lib.* 3. *Anat. Cap.* 9.
(10) *Vide Schenchium lib.* 3. *Obſer.* 6.
(11) *In Bibliotheca Anatomica P.* 1. *de Infimo ventre pag.* 405.
(12) *Tractatu de reſpirationis uſu primario.*

Quæ vis, ſi nullo extraneo corpori concederetur, vel illicò, ubi in rubrum oceanum fuerit devolutum, ſuis funditùs characteribus orbaretur, neſcio ſanè quomodo medicamenta, & præſertim ſpecifica, magnis morbis opitularentur, atque in hanc, vel illam partem deducta agerent, quod agere nata ſunt.

Pili aliquando micti.

Mictos pariter fuiſſe pilos non irem inficias, etenim, cum quandoque ludat natura in ſuis operationibus, monſtraque contingant, nil mirum, quòd ſicuti in genitalium regione eorundem origo progerminat, ſic retroacta forſan penetrandi vi, dein, in lotii promptuarium, aut continuam urethram emerſerint: Quàmvis non levis mihi indulgeat ſuſpicio pſeudo pilos tantùm fuiſſe, hoc eſt obſcura filamenta in teretem figuram apprimè diſpoſita ab arctiſſimis glandularum cancellis, aut ab excretoriis, in peluimque deſinentibus meatibus, ubi coactè aliquam morulam nacta ſunt.

Si tranſitus aquarum mediis ſanguiferis canalibus celebraretur, extranea corpora per os deglutita in viſceribus aliquando ſtagnantia reperta fuiſſent.

Quæ verò, aut qualia olim devorata per urinarias ſemitas labuntur, aut poſt ſectum cadaver in lotii ciſterna latent, cum ob rationes ſuperiùs traditas (quibus etiam addi poſſet, nunquam hæc extranea corpora in Cadaverum ſectione reperta fuiſſe in aliis viſceribus, in quibus ſanguis perpetuo motu diſcurrit, ubi procliviùs debuiſſent figi, reſpectu ſuæ molis, & anguſtiæ vaſorum) cum ob rationes, inquam, ſuperius traditas a ſanguiferis canalibus vehi non poſſint, reliquum eſt, ut opinemur per breviora emiſſaria diffluere, atque, opportunis occurrentibus ſurculis, in urinæ receptaculum tranſduci.

Cur in ſuppreſſione, vitio Renũ, diuretica non trãſeant per vias peculiares.

Quàmvis propterea ſæviente lotii ſupra Renes ſuppreſſione, incaſſum tot diuretica ingerantur (quæ per ſuppoſitas has vias deberent diffluere), quin optata mictio appareat;

pareat; Id nihilominus ab illorum claſſe, quę contingere poſſunt, non expungendum eſt, cum multa poſſint pręſtò eſſe accidentia, & concauſæ diureticæ potionis acceſſum, mediis hiſce canalibus, ad urinæ ciſternam præpedientes, & ſi vitium in ſolis Renibus videatur; Et prę-ſertim, ſi attentè perpendamus magnum intercedere poſſe conſenſum, & quorumvis labem facillimè, & viciſſim in alterum reciprocare: Quòd, ut pro voto eluceſcat, conſiderandum eſt urinam ferè ſemper ſupprimi, vel vitio ſanguinis, vel Renum. Si primum; Quis promittet morboſam dyſcraſiam vehentibus hiſce fiſtulis non fuiſſe participatam, atque craſſum forſan, & exſiccatum ſanguinem illis iiſdem viribus, quibus Renum obſtructionem, & criſpaturam molitus eſt, aut in horum canalium glanduloſa oſtia intruſum aditum intercepiſſe, aut incumbentium partium coordinationes adeò corrugaſſe, ut anguſtia proinde emerſerit. Si ſecundum; Ideòque atona ſupponatur renum ſtructura, vel craſſioribus, vel calculoſis ſaturata molibus; Quiſnam liberos a laxamento, atque ſuccedenti ob concidentiam clauſura, hos canales probaverit, aut non compreſſos, & coarctatos a renum tenſione, majorique peluis diametro non judicabit, ſi, quando dentur, circumcirca hæc viſcera tantùm poſſunt diſſeminari, atque ad ipſorum contactum, in ſtatu naturali, blandè coguntur quieſcere.

In corpore animali magnus viſcerũ conſenſus.

Urina ſupprimitur, vel vitio ſanguinis vel Renum.

Ipſo actu, quo Renes opilantur, poſſunt obſtrui & viæ peculiares

Idem dicendum de laxamento.

Interruptis quinimo urinæ meatibus totum æconomię animalis regimen ſubvertitur, & non ſolùm febris eſt in limine, ſed principalia ipſa viſcera in ſecernendis humoribus vitioſè dehiſcunt, unde nil mirum, quòd præpollentibus in ventriculo, & inteſtinali fiſtula acidis principiis diuretica ingeſta ſenſim coagulentur, ineptioraque

In Urinæ ſuppreſſione æconomia animalis ſubvertitur

 fiant

ſiant ad tranandа deferentium ora, quæ quàmvis non tam anguſta (ſi per ipſa extranea, nec tam minimę molis corpora aliquando intermeant), nihilominus in ſtatu morboſo facillimè labi, ſibi pedetentim coire, & quaſi dixerim aboleri coniectandum eſt.

Viæ deferentes aliquando non tam anguſtæ, ſi extraneis Corporibus aditum permittunt.

Verum enim verò, etſi ratio ſuadeat, nec experientiæ reluctetur hiſce brevioribus viis diuretica aliquando diffluere, & mineralium aquarum tranſitum abſolvi, cum tamen potulentis pręſertim, utpote fluxilioribus, regiæ etiam pateant ſemitæ, & chylolymphici canales, ſic mineralia libamina potari minimè poſſe crediderim, quin aliqua pars, ubi meſeraicorum ora, ductumque Thoracicum transfretaverit, in mare purpureum devolvatur. Hocque non ſolùm probatur ex eo, quòd vaſa lactea occurrant, atque in eadem periſtalticus inteſtinorum motus advenientem undam exprimat, ſed etiam ab experimentis; Difficulter etenim Acidulæ, aut Thermæ per potum ſumptæ profuiſſent, niſi obtento in ipſa cruoris clauſtra aditu, exaratiſque inibi ſuis viribus. Quoniam tamen, ob rationes ſuperiùs traditas, nec totum aquarum fluentum ſanguiferos canales poſſit ſubire, nec exiguus earundem riuus ab apertis lacteorum oris poſſit excludi, ſic major, aut minor aquæ quantitas, quæ cruori miſcebitur, pendere debebit a majori, vel minori promptitudine, qua in deterſis inteſtinis Lactea patebunt, atque a proclivi, aut interrupto aditu, quo peculiares vię potatam aquam combibent, unde ſecundum varias, minùſque tranſitui pronas dictorum canalium poſitiones, aliorumque accidentium diſcrimina, ob bipartitum iter, in alterutro canalium aut intercipi, aut procliviùs poteſt defluere, ex quo eruenda eſt ſymptomatum ſyndromes,

Non exigua pars aquarum mineraliũ in ſanguinem devolvitur.

Aliter Acidulæ difficulter prodeſſent

Aquarũ trãſitus in Corpore animali a quo pendeat.

que

que contingit, dum medicatis laticibus utimur. Multoties ſiquidem, requirente morbi genio, potantur aquę, nulliſq: productis aut doloribus, aut pneumatoſi, aut nauſea, brevi tempore per urinam redduntur, & tamen nullum ęgri levamen emergit. Aliquando illico ac aquoſus latex in Ventriculum elutriatur, ſenſimque in inteſtinalem tubum reptando Duodenum implet, & diſtendit, ſęviunt tormina, anorexia viget, & exilibus tantum diverticulis imminuta aquæ quantitas, per illam interdum viam, qua advenerat, eructatur, & tamen luctuoſa hęc preliminaria ſalus optata ſubſequitur: Quòd non aliunde factum puto, quàm ab organica, aut etiam adventitia obviorum canalium poſitione, ita, ut in primo caſu peculiares potius vię patuerint, ſicque data porta ad urinarios canales aqua ſollicitè permeaverit; Verùm, quia nulla, aut nimis exigua portio cruori nupſit, nulla medela oborta eſt. In ſecundo verò ob arctiſſimos viarum peculiarium aditus, atque in deterſis inteſtinis magis hiulca lacteorum oſcula, ſanguinis potiùs commercium potatę lymphę affectant; At cum inæqualis ſit proportio diametri vaſorum cum lapſuro latice, hinc eſt, quòd ſubſiſtere cogitur, atque concurrentibus aliis concauſis, memorata ſymptomata moliri: Quia tamen pars aliqua in ſanguinem eſt devoluta, ſic ejuſdem labem valuit corrigere, & emendare. Cumque ulteriùs hoc lumen diſquirendum ſit, non ſolùm a multifaria ægritudinum ſpecie, quę hanc, vel illam aquam requirit, vel reſpuit, quàm a peculiari idioſyncriſia, qua unus ab altero in componentibus organis diſcriminatur; Sic quiſque videt ſummam divinandi difficultatem, rectamque in exhibendis Acidulis inſtituendi methodum. Quàmvis propterea pertinax, & ra-

Facilis interdum Aquarũ tranſitus citra ullum ægri emolumentum.

Morboſa actu potus ſymptomata ſalus ſub ſequitur.

Ratio contrarii effectus

Anguſtiæ deferentium vaſorum, ſunt cauſæ difficilis aquarum trãſitus.

Peculiaris Hominũ idioſyncriſia difficilem reddit aquarum adminiſtrationẽ.

tionalis

tionalis interdum vigeat potandi laticis indicatio, & exſiccatus ſanguis, atque ſalino-tartarea prædominantia corpuſcula idipſum poſtulent, iiſdem quinimò annuentibus Patientis, & Aquarum viribus, nec reluctante favorabili cæli tempeſtate, actu tamen potus lamentabiles effectus poterunt occurrere; Etenim exiguus latex viam ſibi ſternere nequit, nimius rugoſam ventriculi concamerationem, & continuum inteſtinalem tubum poteſt violenter diſtendere, undè deferentium ora a tenſione claudantur. Si verò fermentacei, & ſalini ichores a cibi reliquiis in ſtomacho reſtitaverint, in advenientem undam protinus diſſeminati, proxima inteſtina vellicabunt, undè trufio ſuborietur per ipſorum longitudinem ad anum ſtimulans; Quòd quàmvis frequentiùs videatur debere contingere, proniorque appareat ad anum lapſus, quàm in deferentes vias, aut in lacteorum meatus reptatio. Nihilominus, cum periſtalticus inteſtinorum motus plurimùm adjuvetur a ſalino-chyloſis intercurrentibus laticibus, atque a fermentativis pedetentim ſeparatarum fæcum principiis, hinc eſt, quòd Acidulæ activis viribus effætæ, ubi ad fęcum duriora obſtacula devenerint, ſubſiſtere ut plurimùm coguntur, donec opitulantibus imorum viſcerum preſſionibus, & lentè aucto corporis motu, aut ſanguinis, aut deferentium ſemitas inoſculentur.

Quàmvis indoles morbi aquas requirat, tamen verenda ſymptomata emergunt.

Aquæ minerales ad anum deberent deſcendere.

Ima viſcera, & Corporis motus aquarũ tranſitum facilem reddunt

Contra verò, quando potandis aquis, aut chymico externo artificio, aut in ſubterraneis ſpecubus opportuno naturæ operantis molimine, ſalina nupſerunt rudimenta, expreſſivus, & undulans quidam motus per continuos, & fibroſos inteſtinorum parietes actuatur, & reproducitur, unde contentorum excretio ſollicitatur, ipſique potati latices erumpunt, ut ſolemne eſt in omnibus aquis cathar-

Sal expreſſivum, & periſtalticũ motum in inteſtinis auget.

Sal amarus catharticus elicitur ab Aquis Ebeſmanenſibus.

Aqua Tettutii, etiam non poto medicamento catharticè agit.

catharticis, & præſertim Ebesbamenſibus, a quibus decantatus ille ſal catharticus amarus elicitur. Pariter, & aqua Tettutii, quàmvis non præeunte medicamento uſurpetur, tamen ob latentem ſuæ indolis ſalem, inteſtina interdum irritando conſtringit, atque per anum redditur. Nec mirum videri debet, quòd citius, quàm aquę ad anum pervenerint, eiciendi deſiderium vigeat, cum in oſcillantibus, & fibroſis corporibus facillimus intercedat conſenſus, atque ſtimuli ſenſatio in alterum extremum ocyſſimè prætervolet, unde illicò ac in tenuibus inteſtinis ſtimulus agit, ſtatim pariter in craſſa par undulatio derivatur, fæcum excretionem molitura.

Mictio, quæ potui illico ſuccedit, cui nam liquido debeatur.

Mictum non eſt, quod fuerat potatum.

Illico poſt potum mictum non eſt vera urina

Non abſimili operandi neceſſitate explicanda eſt celerrima illa mictio potui ſuccedens, quæ non ſolum a ſanguinis ambagibus, ſed neque ab ipſis deferentibus viis poteſt derivari; Etenim cum ab ipſo prandio, ne dum inchoata chyloſi, crudioris urinæ proventus illico immineat, opinari de certo cogimur idem non eſſe, quod paulò antea fuerat potatum, ſed potiùs ab aucta ventriculi mole, aut ad oſtia deferentium vaſorum a prementibus ingreſſuris laticibus, in viis prædiſpoſitas jam ſeroſitates ſtimulari, coactiſque viciſſim propinquorum viſcerum contactibus, nidulantes hinc inde aquoſos latices exprimi, atque in magis patulos canales emandari: Hinc videmus tales urinas urinæ characteribus non inſigniri, ſed potius ab excrementoſis innatantibus maſſulis contemerari, aut in crudiſſimo albicante liquore tantummodo conſiſtere; Quę omnia probant hoc pſeudo urinoſum liquidum a multigenis, & potiùs impuris laticibus coagmentatum emergere. Qua de re mordicùs non obſiſterem, etiam in aquarum mineralium potu idem contin-

gere,

gere, quod eruditus Jacobus Valvaſonus (1) aſſerit de Thermis ad Timavi oſtia poſitis, quæ quàmvis per unum, atque alterum ſagittæ jactum a mari diſterminentur, nihilominus exęſtuans ejuſdem impetus in prærupta emiſſaria, licet ipſo æquore aliquatenus altiora, citiſſimè pervenit. Cumque hoc ab occulta, lataque, ut alioquin oporteret, ſcatebra factum coniicere non poſſimus, etenim dulces proſiliunt: Sic autumandum eſt prędiſpoſitos, mariniſque ſalibus ſpoliatos jam aquoſos latices a vorticoſis appellentibus pelagi undis in motum ſollicitari, atque ad externos hiatus emergere, non parum adiuvantibus aquæ ſalſioris majori gravitate, ipſiuſque maris tremendis motibus, a quibus dulcis, & per ſubterrancos ſiphunculos correſpondens aqua, poteſt etiam ſuper æquoris ſuperficiem protrudi. Quod tamen phænomenon de immenſa fontium altitudine non poteſt verificari, ſed limitatè, hoc eſt de illa tantummodo, quæ proportionaliter deſumi poteſt aut ab aucto Pelagi motu (quæ ſolummodo eſſet accidentalis) aut a ſpecifica, & majori aquæ marinę gravitate, ut alibi fuſius dictum eſt.

Thermæ ad Timavi oſtia æquoris viciſſitudines patientes.

Aqua dulcis quanto altior poſſit emergere, quã aqua maris.

Non abſonum igitur rationi crediderim, quòd etiam in caſu noſtro primę mictiones pręexiſtentibus, ſenſimque, partim ab advenientibus undis, partim ab undulanti canalium arietatione, protruſis liquidis debeantur, licet prope horam, ubi mictum potati genium ſapit, indolemque diuretici vehiculi, quo fuerat irroratum, redolet, a ſolis brevioribus viis habendum ſit. Undè verò originem trahant hęc vaſa, quòve deſinant, latet, & tamen non eſſe adeò exilia vult ratio, ſi extraneis corporibus, ſi aquarum

Primæ mictiones præexiſtentibus liquidis debentur.

Peculiares viæ ubi originem trahant, & quò deſinant.

(1) *Vide Tractatum de Balneis Venetiis apud Juntas editum pag.* 307.

rum mineralium fluento aditum permittunt. Eaſdem a venis Gaſtricis (1), aut a membranis ſpongioſis (2) abſorberi, acris reluctatur coniectura, hęc etenim ſubitaneum mictum non poſſunt moliri. A renibus ſuccenturiatis (3) opus abſolvi, id preſertim obſtat, quòd in ipſis non videatur lacteorum inſitio, minùſque ſuccedens cum externa renum tunica communicatio. Cumque demum ipſa Bartholini (4) opinio, ſuper Glandulis lacteis lumbaribus inſtructa, ab aliquibus criminetur, ſic cuinam magis ex his, aut aliis denuò excogitandis meatibus mineralium aquarum, aut extraneorum corporum exitus per urinam tribuendus ſit, non ſolùm & ipſe perplexus dubito, ſed neſcio,,. Proh quantùm obſtruſa, ac recon- ,, dita ſunt naturę myſteria, quorum nonnulla fateri ſe ,, ignorare humanę partem ſapientię exiſtimamus. (5) ,,

Non a venis Gaſtricis, nec a membranis ſpongioſis.

Non a Renibus ſuccenturiatis.

Opinio Bartholini de Glādulis lumbaribus admodū ſuſpecta.

Aliquando melius eſt fateri ſe neſcire.

Tandem, ut ad rem noſtram revertamur. Tota proclivitas, qua ad urinæ vias lapſura eſt Coldonenſis lympha, ubi fuerit potata, dato quod ſuperficies inteſtinorum jam munda ſit, pendere debebit ab inſitis nitroſo-chalybeatis effluviis, quibus in Serratæ viſceribus fuit ſaturata. Et licet aliquos noverim, qui minori expenſarum damno ſuæ ſaluti autumant ſufficienter conſulere, annualem potum Junii, vel Auguſti menſe inſtituendo ex Fontanarum, aut Puteorum communibus aquis, eò quòd litato tranſierint, aut aliqua etiam utilitas emerſerit: Nihilominus hic eventus neceſſariò ſupponit aptatiſſimam quandam organorum, & canalium diſpoſitionem, ita ut, etiam citra auctum a medicatis effluviis deferentium va-

Aquas communes aliqui in medicum potum uſurpant.

(1) *Opinio Bernardi Suvalue lib. de Quarel., & opprobr. ventric. pag. 65.*
(2) *Opinio Williſii.*
(3) *Opinio Clementis Niloe Libello Belgico de Fermenta. & Nutritione Cap. 9*
(4) *De Lacteis Thoracicis Hiſtoria Anatomica.*
(5) *Lanciſius in Diſſertatione 4. ubi agit, an Acidum ex ſanguine extrahi queat.*

ſorum oſcillamentum apertiſſimè paterent meatus, per quos elementare colliquamentum diffluat: Aut vitia ſanguinis ad ſolam aduſtionem, & violentam ſuarum partium ab exaltatis acidis ſalibus cohæſionem tantummodo colliment, quibus caſibus pura, & putealis aqua enatas inde indicationes poteſt adimplere, dum ab interiectis viciſſim aquoſis particulis removebuntur contactus principiorum ipſius ſanguinis, undè ulteriùs ſolutis viſcidis lentoribus, canalium parietes in majorem contractionem venient, & optatus cruoris circulus promovebitur, multis æconomiæ animalis labibus facillimè opem laturus. At quis promittet in altero eandem meatuum aptitudinem, etſi etiam putealis aqua exortis indicationibus ſatisfaciat? Recedat itaque criminandus mos paucis adeo medendi expenſis: Etenim in penitiſſimis viſceribus, aut ob auctas preſſiones, aut ob motus imminutionem præpediri poterit aquæ nupti cruoris circulus. Cumque in potionibus aqueis, utpote communibus, nec aerea includantur ſpatia, quò ſe condant exaltati a coacta mora ſanguinis ſpiritus, nec medicata lateant effluvia, quibus ſtimulus in vehentibus vaſis excitetur: Sic quiſque videt ſtamina impeditæ pericycloſis poſſe pedetentim figi, ex quo lamentabilia ſymptomata pullularent. Igitur in poſterùm communes aquæ in potum ſolummodo uſualem uſurpentur, quę tamen, quò erunt puriores, ut ait Ettmullerus (1), eò erunt convenientiores pro conſervando corpore.

Quando prodeſſe potuerũt

Difficultates, quæ ſuſpectũ faciunt potum aquarum communium.

Quid deſideretur in Aquis communibus ad hoc ut juvare poſſint.

Aquæ communes ſervandæ in potum uſualem.

Acidulæ propterea, vel Thermæ illæ, quæ impreſſis ſibi, & auctis in telluris gremio viribus ſuperbiunt, cum vis præcipua ſalibus ex hac, vel illa minera originem ducentibus debeatur, ſic ubi iidem ad ſaturationem turgeant.

(1) *In Mineralogia Cap. III. de Aquis T.* 3. *pag.* 229.

ant, rarò per diureticas vias eliminantur, cum efficax ipſorum actio, ulteriùs derivari impatiens, in primis viis ſuas vires exerat, atque ad anum labatur, ut ſupra innuimus de Aquis catharticis: Quando verò ſalina medicans tinctura, miti ad aquam proportione, in ejuſdem ſubſtantia diſſeminatur, cum deſit vis conſtringendi, et ſtimulandi inteſtinorum parietes, reliquum eſt, ut poſtquàm ſufficientem traxerit in ſtomacho, & continuis inteſtinis tenuibus morulam, tandem, ſecundùm jam exaratas utriuſque itineris proportiones, percolando in vias urinarias diſtillet. In qua claſſe adamuſſim ponendę ſunt Coldonenſes, quas diligentiſſima praxis uſque adhuc detexit eſſe diureticas, tum quia impar datur vis ad inteſtinalem cloacam ſtimulandam, tum quia ſufficiens tamen datur, ob nitroſo-chalybeatam indolem, activitas viam ſibi per deferentium ſemitas ſternendi.

Quando Aquæ minerales ſalibus turgent ad anum præcipitant.

Coldonenſes Aquæ admodũ ſunt diureticæ

Abſit tamen, quòd Coldonenſes aquas illis credam actuatas viribus, quas aliis nitroſis aquis aliqui tribuunt, & præſertim illis, quæ in Volaterrano ad Lecciam caſtellum emanant, hoc eſt, quę ſteriles alioquin mulieres faciant fęcundas. Quandoquidem, cum ampulloſas has promiſſiones vix adimpleri poſſe credam a majoribus remediis, data opera inſtructis, & ſpecifica, ut ajunt, activitate pollentibus, clariſſimè liquet optatum hunc effectum poſſe facillimè corruere. Non tamen irem inficias, quòd aliquando, annuentibus præſertim favorabilis adeò cęli influxibus, & a rationibus, atque eventu commendata aeris ſalubritate, quæ per totam Leucenſis agri planitiem blandè expatiatur, etiam Coldonenſes aquæ, dum erroris amplexibus gaudent, & per penitiſſimas viſcerum ambages ſubtermeant, poſſint reſides, atque in uterinis meatibus

Aquæ in Volaterrano ſteriles mulieres faciunt fæcundas.

Laudatur Leucenſis aeris ſalubritas.

tibus

Quid moliantur aquæ in viſceribus.

tibus coactas hinc inde humiditates digerere, & chalybeatis ſpiculis obſtructas ſemitas aperire, & paulatim abſtergere, ut proinde opportuna veluti ſuſcitata ſympepſi, & faciliori reddito ſanguinis progreſſivo motu, cæteræ viſcidiuſculę hęrentes reliquię funditùs abripiantur, atque in poſterum menſtruale tributum procliviùs excernatur.

Mulier non mēſtruata aliquando poteſt concipere.

Et quamquàm non ſim neſcius mulierem, etiam abſque emmeniis, aliquando poſſe concipere, idipſum teſtante Clariſſimo Chriſtiano Joanne Langio (1); Nihilominus, cum excrementitius, ſinguliſque menſibus alioquin recurrens ſanguis jam defęcatos, ut plurimum uteri meatus relinquat, hinc eſt, quòd pellicеę, atque extenſiles propinquarum fibrarum coordinationes procliviùs hiſcunt, atque oſcillant, unde accedente aphrodiſio actu, irrequieta, atque elaſtica ſeminis virilis effluvia Fallopianas tubas, nec non capſularum calices faciliùs impetunt, atque inoſculantur, ſemperque admirandum generationis miraculum, vix explicabili artificio, efficitur, & admiramur.

Cur mēſtrua ad concipiendum diſponāt.

In ſterilitate laudatur etiā uſus externus aquarum Coldonenſium.

Tarditas quinimò aquarum Coldonenſium in abſtergendis uteri labibus, atque ad fætificandum aptitudinę promovenda, facillimè penſari, aut ſuppleri etiam poterit ab earundem externo uſu, ſcilicet Balneo, & Seſſione, quibus mediis aquarum vires junctas ſibi dabunt manus, unde partim ab extra foventibus, intuſque per vaginam reptantibus aquis opportunum laxamentum, hęrentium ichorum contactus dimovens, ſuborietur, partim ab inter ſanguiferorum carceres impellentibus purpurei, & nitroſi fluminis undis optata metaſyncriſis, atque uterinę concamerationis ablutio ſubſequetur, ut proinde

(1) *In Diſſertatione XXXVIII. de Sterilitate pag. 513. Exempla verò referuntur a Marcello Donato Hiſt. adm. L. 4. 1. 74. Panaroll. pent. C. obs. 15., Dolæo in m. n. c. dec. 1. ob. 64.*

inde inſculptis, & pertinaciter reſtitantibus in fibroſo genere chalybeatis effluviis, favorabile contingat in atonis alioquin partibus roboris additamentum, proniorque ad concipiendum proclivitas.

Superfluum ulteriùs autumo immorari in detegendis aquarum Coldonenſium viribus, & nitroſę, aut chalybeatæ tincturę vires perquirere, cum abundè id ipſum egerit eruditus Baccius (1), ubi ſalis nitri oppoſitas proprietates contemplatur, ut adiecto carbone, & ſulphure accendatur, aquam verò reddat frigidiſſimam; Et diligentiſſimus ipſe Boyle (2) nitroſos ſales chymico, & ſeverò torquens examine. Adeòque nil aliud in caſu noſtro remaneat, niſi ab hujuſmodi, chalybeatiſque effluviis per Coldonenſem lympham diſſeminatis arguere, & ſecundùm aliorum accidentium diſcrimina, atque indicationum faciem ſedulò animadvertere quibus caſibus potanda ſit. Quæ ut e voto reſpondeant illa duo ſanè nunquam adnotaſſe ſufficiat, ſcilicet: Primò ſtrictè examinandas eſſe noxiarum tempeſtatum viciſſitudines; Ait enim propè divinus Senex (3),, Si quis rimatus fuerit,
,, ac præcognoverit temporum occaſiones, maximè de
,, ſingulis ſciet, & recta via procedet non minima artis
,, ſuæ gloria ,,. Secundò, inſtituendum eſſe ſemper aquarum Coldonenſium potum in ipſamet Leuci regione, ob activius aquæ gas, quod prope ſuam originem de certo vigebit: Diſcrucior ſanè animo, quoties, nimis abſens, mente recolo neceſſitatem chymica faciendi ſuper his aquis molimina, non quòd dubitem de earundem jam exaratis viribus, ſed quia probabilis mihi indulget conjectura uberiora

Nitrum duabus oppoſitis pollet proprietatibus.

Quæ examinanda ante aquarum adminiſtrationem.

Aquæ Coldonenſes prope Leucum potādæ ſunt.

(1) *De Thermis Lib. Quinto de Salnitratis Aquis C. VII. pag.* 165.
(2) *In Tentamine Phyſico-chymico circa partes Nitri T.* 1. *pag.* 769.
(3) *Libro de Aere, Locis & Aquis n.* 1.

uberiora inibi deliteſcere medicata effluvia, & Coldonenſem laticem favorabiliori levitate inſigniri. Cum etenim, præter immortalis Gulielmini (1) fidem, per ſedula etiam experimenta nuper inſtructa compererim, non ſolùm volatiles ſpiritus, ſed etiam ipſos ſales fixos poſſe evaneſcere, nam in lentiſſima ſex unciarum aquæ communis evaporatione, ex ſemiuncia ſalis nitri, qui fuerat infuſus, integer ſcrupulus, poſt enatam cryſtallizationem, deſideratus eſt; Sic ob itineris longitudinem, continuoſque motus, quibus vectus latex irritatur, & concutitur, non

Aquæ, dum in longinquas regiones exportantur, evaneſcunt.

ſolùm aqua ipſa decreſcit, ſed puriores, & elaſticæ ſpirituum fęcundantium partes, aquiſito ad penetrandum momento, emiſſaria ſibi moliuntur, unde non niſi aliquatenus effętus Brixiæ poteſt delibari, & perpendi. Quod verò prope ſua natalia levior poſſit exiſtere, plurimùm probatur ex eo quòd, quàmvis a ſtrictis meatibus, jugi

Aquæ Coldonenſes prope ſuam ſcaturiginem leviores

tamen, & perenni vena proſiliat, unde coniicere cogimur a corroſis jam matricibus, atque abſorptis nitroſæ terræ principiis vaſtas jam in Serratæ viſceribus latere latebras, & veluti intima per longiſſimos tractus cavitatum, & diverticulorum commercia, per quæ coactus,

Aer in montium ſubterraneis ſcatebris expatiatur.

& ſubterraneus aer iterum, iterumque expatietur, & reboet. Hæc autem in telluris gremio effici, & perpetuari oſtendunt terręmotus, atque externa ad liquandam ferri mineram ædificia, ubi admiſſo per orbiculatas fiſtulas in vacuum conclave aquarum proventu, a jugi ſecum vecti aeris additamento incluſus aer comprimitur, laxatoque ab adſtantibus vulcanis epiſtomio, flammivomum acuit incendium. Ex quibus apertum fit mutuas vigere in occultis barathris ventorum reactiones, ſemperque inter-

cedere

(1) *In Diſſertatione de Salibus pag.* 132.

cedere cum diffluentibus aquis aeris conjugium. Sicuti propterea, novis occurſantibus argillaceis ſtratis, vel labentibus, aut friabili terra, aut corroſæ venæ matricibus, influentes aquæ aliò coguntur divertere, & quandoque novos Fontes moliri, ſic quoque & aer ſecundùm varia conceptæ vibrationis momenta, & obviarum difficultatum diſcrimina, invias ante ſemitas ſibi potis eſt ſtruere, factoque ſpiraculo ad externas auras emergere Hinc paſſim ab Auctoribus memorata videmus hujuſmodi foramina, per quæ, quaſi ex ſuppoſito folle apogęus erumpit, ut videre eſt apud Georgium Agricolam (1) hujuſmodi exhalationes in Aſia, Hungaria, & Italia, præſertim quà a Puteolis Neapolim itur, deſcribentem, ne quandam taceam olim a me ipſo in Valleſaxina viſam. Dum etenim ad Pratum Sancti Petri in Molendinorum valle unà cum integerrimę probitatis Viro, Cęſare Baruſaldo amico noſtro, quoſdam limaces ſaxeo conditos ſepulchro, quos aliquando inibi fuiſſe repertos, mihi de certo conſtabat, curioſus inveſtigarem, acceſſit D. Thomas Fondra in eadem Valle ex Primariis, atq: ob pręclaras ſuas dotes mihi enixo corde ſemper recolendus. Is meam contemplans in inveſtigandis naturæ myſteriis pertinaciam, admirandam rem ſe oſtenſurum promittit, quoties confragoſos adhuc ejuſdem Vallis clivos ſuperare non piguiſſet. Strenuè accedimus omnes, atque ad læuum aſperæ Vallis latus volupe fuit obſervare anguſtiſſimum quoddam ſpiraculum, intra ſaxeos parietes conſitum, a quò frigidiſſima, & levis aura, remiſſè tamen, proſiliebat: Cumque ulterius æſtivis diebus adhuc frigidiorem, majorique impetu inſtructam erumpere intellexerim, in eam deveni

Subterranea mutantur Aquarũ itinera.

Aer e terra erumpens.

In Valleſaxina adeſt ſpiraculum aerem emittens.

(1) *In Lib. Quarto. De Natura eorum, quæ effluunt e terra.*

deveni ſententiam non aliunde poſſe ſuam originem nanciſci, quàm ab introlabentibus aquis, compreſſoque in occultis ſpecubus aere, qui vehiculi, & continentis ſubterraneę regionis indolem ſubſequatur, ideòque æſtatis tempore ulteriùs frigeſcat, atque ab auctis, ob nivium liquamina, laticibus procliviùs erumpat.

Apogæus ab aquis ducitur.

Ab hac propterea aquarum cum aere circulandi neceſſitate non arduum erit intelligere exaratam propoſitionem, hoc eſt etiam Coldonenſes aquas a coactè combibito aere leviores, quàm Brixię repertæ fuerint, imò etiam meliores propè ſua natalia poſſe exiſtere, potiſſimùm ſi perpendamus, non ſolùm communem aerem ab iiſdem abſorberi, ſed etiam vaporoſos ab abraſa vena chalybeatos ſpiritus, & ſubtiliſſimas nitroſi ætheris particulas in earundem corporatura diſſeminari. Quoniam verò medicantia hæc effluvia, inter unam, vel alteram Coldonenſis laticis particulam interjacentia, irrequietę ſunt indolis, majoriſque forſan molis, quàm quòd ſpatiorum diametri permittant, hinc eſt, quòd a ſuperincumbentibus aqueis particulis facillimè comprimuntur, præſertim ſi concutiens acceſſerit motus, atque ad exteriorem liquidi ſuperficiem propria inclinatione ſublimantur. Exiguum quinimò emolumentum promittit ipſa ſedulitas, qua in, quaſi dixerim, hermeticè ſigillandis vaſis uti poſſunt Hydrophylaces, vel aquarum Vectores: Et ſi etenim ab aquoſis compedibus extricatæ aereę partes, ultra aptatum apprimè obturaculum non poſſent exturbari, nihilominus ipſo actu, quo acidulæ potandæ ſunt, dum obturaculum, data opera, removemus, collectus ad ſuperiora aereus ſpiritus ſubitò erumpit. Quod abſurdum non alio ſanè modo tolli poteſt, quàm incumbendo, ut vitreæ

Aquæ meliores prope ſuam originem.

Parva utilitas ab hermeticè ſigillatis vaſis.

phialæ

phialæ adamuſſim repletę ſint, quandoquidem nullo remanente aeri loco incluſum liquidum ęgriùs diverberatur, & concutitur, minorque per conſequens contingit fæcundantium particularum expreſſio. Verùm hac methodo vitrea organa, ut plurimum exiccata ad metam perveniunt, quia in motu elaſticę partes majori gaudent elatere, undè, cum ad liquidi ſuperficiem, nulla remaneat compreſſilis aeris portio, quę in ſuo ſinu emergentes ſpiritalis ætheris bullulas poſſit admittere, reliquum eſt, ut vitrei carceres frangantur, niſi ex firmioribus ſeligentur.

Incumbendū ut vitreæ phialæ adamuſſim repletæ ſint.

Organa vitrea præſertim, ſi ſubtilia, Acidulis plena frāguntur.

Verùm quid immoror in probando Coldonenſem laticem prope ſuam originem eſſe potandum, ſi nihil magis de omnibus Thermis, vel Acidulis tot Auctores ſuadent, & ſi nullum in tot aquarum experimentis apparentius phænomenon mihi fulſit, cum in dies elementarem, & vappidam indolem aquę omnes induerent. Igitur quando probè nota viget indicatio; Quando aquę ſecundùm multiformium accidentium viciſſitudines a concepta indole non abſcedunt, in ipſomet Leuci agro potandæ ſunt; Etenim non erit difficile in tanta pulcherrimorum Vicorum amænitate Domicilium ſeligere, atque a tam Nobilibus, & humaniſſimis Viris honoris, ac benevolentiæ ſignificationibus excipi, ac cumulari. Favorabile quinimò Ægrotis accedit emolumentum ab Eruditiſſimo Leuci degente Medico, ſcilicet Joanne Baptiſta Paſtorino, cujus acerrimo judicio, atque in ſcrutandis morboſæ naturæ myſteriis experta ſedulitate, occurrentibus hinc inde ſymptomatibus poterit obviam iri, tranſitusq; aquarum impedimenta removeri.

Acidulæ in vaſis ſervatæ in dies vappidæ fiunt.

Magna Ægrotis accedit utilitas ab eruditiſſimo medico Leuci degente

Utrum verò in lecto, an deambulando, frigidæ ne,

Utrum Acidulæ potandæ ſint in lecto, an deambulando. an calidæ potandæ ſint, ſtatuere difficillimum; cum aliquando omnibus hiſce modis adhibitæ profuerint, aliquando damnandæ veniant. Etenim quò ad primum: Sicuti, ut fuſiùs diximus, diſceſſus aquarum a ventriculo proclivitas pendet a certa quadam deferentium vaſorum *A quo pendeat aquarum tranſitus in Corpore Animali.* poſitione, lacteorumque occurſu, in quæ admiſſum flumen devolvatur neceſſe eſt, ſic, aut perpendiculariter inſiſtendo, aut placidè deambulando hæc vaſa poſſunt comprimi, illa magis hiulca effici, & per conſequens aquarum lapſum nunc faciliorem reddere, nunc omnimode præpedire. Secundò: Quàmvis frigidæ ut plurimùm uſur- *Calidæ magis proſunt.* pentur, nihilominus calidæ interdum optati magis ſunt emolumenti, vel quia in aliquibus peculiaris idioſyncriſia id requirat, vel quia ob conceptum calorem, procliviùs urgente latentium particularum elatere, ab inteſtino adaucto motu aquoſæ partes quaquaverſùm propellantur, atque ab humido tepore deferentium opportuna laxitas efficiatur. Verùm ſuper his nulla lex poteſt ſtatui, & vel Coldonenſes, vel aliæ Thermæ ſeligantur a peculiari Ægrotantis examine, & forſan ſolùm ab eventu erudiri poterit adſtans Clinicus, quò ritu potandę ſint.

Ex his, quæ hactènus dicta ſunt Coldonenſium aqua- *Coldonenſiũ Aquarũ uſus externus.* rum indolem, atque internum operandi genium emerſiſſe jam puto, unde nil aliud remanet, niſi externum earundem uſum, Balneando ſcilicet, ſedulò introſpicere. Quantum igitur ad humanam incolumitatem conducant Thermæ nimis longum eſſet probare ab exemplis, tædioſaque de certo contingeret Balneorum, quorum ve- *Romanum ſolum Thermarum veſtigiis illuſtratur.* ſtigiis Romanum pręcipuè ſolum adhuc illuſtratur, nomenclatura, ubi Ægrotorum Myriades optatam ſalubritatem nactę ſunt. Licet propterea eorundem uſus in prę-

ſen-

ſentiatum quaſi abolitus videatur, id nihilominus non progerminat a ſuſpecta operandi indole, ſed potiùs a quadam omnium medicaminum viciſſitudine, ſecundùm varias enaſcentium temporum ideas immutata, a qua hæc, vel illa methodus in medendo ſeligitur, atque a cultiori Chriſtianæ Religionis ritu, dum ob flagitia in Balneis promiſcuis perpetrata illorum uſum ſublatum eſſe Clariſſimus Ramazzinus (1) animadvertit. De cætero multa præſtò ſunt argumenta, quæ non exiguum a Balneis, multo magis medicatis, emolumentum promittunt. Quandoquidem, ſi adnotante Chriſtiano Joanne Langio, (2) attentè conſiderabimus machinam noſtram perbellè poſſe Thermometris, & Barometris aſſimilari, vel quia tota tubis ſecundùm varias motuum tendentias nunc perpendiculariter, nunc horizontaliter, nunc obliquè inclinatis, integratur, vel quia folliculoſis capſulis, & utriculis hinc inde diſpeſcitur, non obſcuro ſanè prememur dubio in cognoſcendo poſſe facillimè a circumſtantis Balnei majori, quàm aeris atmoſphæra, gravitate varias mutationes pati. Primum etenim auctum ſupra partem immerſam gravitatis momentum preſſionem augebit, at cum oſſa cedere nullo modo poſſint, neceſſariò interjacentes ſanguinei ſurculi aliquatenus comprimentur, undè, ob occurrentem etiam viarum anguſtiam, augebitur cruoris velocitas. Secundò: Si Balneum inſtituatur, calidum, poterunt ſenſim ſine ſenſu extendi flexiles, & pelliceæ vaſorum coordinationes, undè major contingat in laxatam partem liquidorum excurſus. Tertiò: Si frigidum: Præceps ſanguinis circulus, forſan cum hæmorrhagia con-

Corpus humanum Thermometris, & Barometris ſimile.

Balnei preſſio in ſubſtratis partibus varias poteſt inducere mutationes.

Mechanica Balneorum operandi vis.

(1) *De Morbis Artificum Cap. XXVII. pag. 212.*
(2) *In Diſſertatione 1. de Homine Aerometro pag. 1. & reliquis.*

Balneorum eximiæ utilitates.

junctus poterit ſiſti, nimiumque extenſilis fibra corrugari, unde fluida irrequieta, & alioquin a diſſolutionem, lapſumque prona a diſſeminatis hinc inde, ob conſtipationem, compedibus placidiùs circumibunt. Quartò denique: Si medicatum: Secundùm varia admiſſorum foſſilium principia, varias pariter actiones in continentibus, impetum facientibus, & contentis partibus, ut verbis Hippocratis utar, potens erit producere. Nemo propterea inficias ibit, quòd ab expoſitis Balneorum proprietatibus ſumma, atque ad incolumitatem viam ſternentia poſſint effici medicantis remedii molimina, face præſertim prælata ab incomparabili Baglivo (1), ubi de Fibra motrice, & morboſa agens, nitidiſſimè oſtendit ab elatere, & contractili vi ſolidorum, fluidorumque æquilibrio naturale, vel morboſum æconomiæ animalis regimen pendere. Si igitur membranoſæ partes motu gaudent ſyſtaltico, & reflexivo, ſi Fibrę omnes levi de cauſa contrahuntur, vel laxantur, vel oſcillant, ſi denique contenta liquida, etiam citra canalium immutata viciſſim accidentia, ut in Barometris, a ſolo, ſed diverſo expatiantis aeris charactere nunc in minorem molem conſtipantur, nunc ad altiora tubi proſiliunt; Sic probabiliori jure conieċtandum hæc omnia in vivo animali contingere, adeòque Balneum eximias utilitates poſſe moliri.

Salus poſita eſt in fluidorũ cum ſolidis æquilibrio.

Aer facilli-mè agit in corpora oſcillãtia

Et licet in ſolo aere ſumma ſupponatur penetrandi aptitudo, utpote ſubtiliſſimis refertus principiis, nihilominus & partes aqueas eadem, & forſan majori inſigniri pollentia veroſimilibus rationibus ſuadere non erit difficile. Futilis etenim, & quaſi dixerim exſibilanda mihi vide-

Aqueæ particulæ ad penetrandũ magis aptæ, quàm ipſe aer.

(1) *In Specimine Quatuor Librorum pag. 159.*

videtur opinio illa ſubtiliora corpora aditum ſibi faciliùs ſtruere. Cum auri poroſitates nec aqua, nec aer penetret, & tamen Mercurius, & aere, & aqua craſsior eaſdem ſubeat: Sic, ſi veſica ſvilla, in cujus cauum ſales fixi fuerint incluſi, ſub undis demergatur, brevi tempore per deliquium diſſolventur; Quò ſanè aer nunquam penetrabit. Sileo inexplicabilem promptitudinem, qua a ſtagnantibus aquis, nulloque adventitio impetu inſtructis flamma extinguitur, lignumque eveſtigiò ad ultima uſque penetralia humectatur; Sileo laxata duriſſima alioquin coria, ſileo denique ſublevatum immenſum pondus funi alligatum, ſi tantillum aquæ ad externam chordę ſuperficiem adhæreat: Ex quibus, quàmvis ſumma inter utroſque pellium, & chordarum villos permeandi aquarum proclivitas, & aptitudo eluceſceret, attamen eadem ſicco pede prætereo, ne Diſſertatio ultra propoſitam metam nimis divertat, & ut, ne per eandem lineam, in qua optimè jam meruit immortalis Laurentius Bellinus (1), ſerram videar reciprocare.

Experimenta penetrandi aptitudinē in aqueis particulis demonſtrantia.

Non obſtantibus igitur perpetuis effluviis, quæ ſub perſpirationis nomine ab animalis ambitu ſecedunt, poterunt aqueæ partes Balnei ſubire corporis intima, adeòq: utpote elementares refrigerabunt, humectabunt, atque emollient, undè commodiores patebunt ſemitæ, per quas purpureus oceanus in perpetuum orbem poſſit procliviùs diſcurrere. Utpote verò medicatæ, hoc eſt nitroſis ſalibus, & chalybeatis viribus (ſi Coldonenſes ſeligantur) pollentes, langueſcentia in viſcerum folliculis fermenta protinùs vivificabunt, & ſuavis ſtimulus in continuatos vehentium canalium parietes adigetur, favorabili ſuperveniente

Aqueæ partes Balnei ſubeunt corporis intima.

Balnei vires

(1) *Tractatu de Miſſione Sanguinis Propoſ. octava pag.* 129.

veniente in medicatis partibus roboris additamento. Nec dubitandum, quòd, dum Coldonenſibus lymphis balneando utimur, ſolæ partes aqueæ cutim ſubeant, extra corporis peripheriam veluti otiosè relictis medicamentoſis particulis: Quod phænomenon, etſi verificaretur de laticibus ætherogenea ſaburra potiùs conſpurcatis, attamen de Coldonenſi hæc non pertimeſcenda ſunt, quia innatantia principia in ſalino preſertim germine conſiſtunt, vix ulla arte ſeparabili, undè poſtquam medicatrix unda cruori, aliiſque ſub cutem occurrentibus liquidis nupſerit, nullo obſtante adverſantium fermentorum genio, poterit ad multum tempus ſuam indolem retinere, & per conſequens agere, quod agere nata eſt. Hujuſce veritatis argumentum apprimè eluceſcit ex eo, quòd ſtrictiſſimo conſortii fædere ſalium particulæ ab aqua combibuntur, ita ut incaſſum in iiſdem ſeparandis inſudaverint tot eximii naturæ Scrutatores; Ut videre eſt apud Patrem Lanam (1), & Immortalem Valliſnerium (2).

Non ſolùm aqueæ Partes ſed medicata etiam effluvia cutim ſubeunt

Particulæ Coldonũ medicantes ſalinæ ſunt.

Medicata Aquarum effluvia multoties cum cruore circumfluunt ante quàm immutentur.

Aliquam quinimò ægritudinem Coldonenſis lympha potata non juvabit, Balneando medebitur. Dato etenim, quod in ſolo ſanguine, aut in partibus, quas ipſe luit, medela celebranda ſit, cum in uno, vel altero procliviùs ad ſummam cutim inter utroſque villos patere poſſint meatus, quàm quod deferentia interna vaſa, ſequitur, quod ſumptæ per potum aquæ noxia ſymptomata poſsent moliri, ab extra verò applicitæ ſanguinis commercium faciliùs nanciſci. Coldonenſis tamen, cum ut verà fatear, nec tanti ſit, ut ad longinquas regiones mereatur deportari (etenim ſuis viribus citiſſimè perituris ſpoliaretur) nec

Plus aliquãdo proſunt Balnea, quàm Aquæ per potũ ſumptæ.

Vis Aquarũ Coldonenſium eſt mitis.

(1) *In Magiſterio Naturæ, & Artis T. III, ubi agit de motu præcipitationis lib. decimo nono pag.* 160. & 171.

(2) *Nelle Annotazioni al Trattato dell' Origine delle Fontane pag.* 21.

nec ut Balnea tepidaria prope flumen condantur, ſic reliquum eſt, ut ſimplici natatione eadem utamur, quam in aliquibus morbis non exiguo futuram adiumento crediderim, præſertim ſi oculatum præceſſerit regimen, & caniculares dies ſeligantur. Quandoquidem cum Coldonenſe flumen, a penitiſſimis Serratæ viſceribus dimanans, æſtatis præſertim tempore ſit frigidum, ſic ipſo utendum, quando calida ab extra torquemur atmoſphęra, ut frigidi Balnei horror aliquatenus miteſcat; Imò ſinendum erit, quòd medicatus amnis, utpote meridionalibus radiis, ut diximus, exporectus, per longiſſimos tractus aliquatenus calefiat, adeòque ſolùm prope Aquatum facienda erit immerſio, hocque non lento pede, ſed confeſtim, ut balneanda pars ęqualiter humectata præmatur, atque æqualiter ubique reſiſtat, ut notat diligentiſſimus Baccius (1).

Natationes in Coldono inſtituendæ.

Præſertim ſæviente canicula.

Prope Aquatum facienda immerſio.

Hæc pariter natatio utiliſſima erit in frænanda uterinę regionis diſſolutiva diatheſi, tam ubi menſtruale vectigal procliviùs excernitur, quàm ubi fluor albus depluit: Etenim cum hi morbi, ut plurimum proveniant a relaxatis vaſorum caudicibus, nimiſque patulis, aliquando cum ulcere, glandularum oſculis, ſic a frigido ſed tolerabili circumſtantis aquæ per cutim, forſanque per ipſam vaginam reptatu, ob auctas hincinde preſsiones exprimi poterunt a glanduloſis ſcrobiculis reſides, & fermentacei ichores, & paulatim laxa jam pridem fibra corrugari, tum quia interiacentia liquida expreſſa, & diſſoluta ſunt, tum quia nitreo-martialis aqua, ſcilicet Coldonenſis, hęc omnia potis eſt producere.

Quibus in caſibus natationes in hoc flumine inſtituendæ.

Utilitas Balneorum frigidorum.

In aliqua quinimò partium debilitate, in pertinaci artuum

Morbi Coldonenſibus Aquis extirpandi.

(1) *In Tractatu de Thermis lib. 7. C. XXIV. pag 276.*

tuum impetigine, varicibus, & annoſis ulceribus; nec non in mictu ſanguinis, & atræ bilis æſtu Coldonenſis fluminis natatio ſummopere laudanda venit, quia, utpote aliquatenus ferri particeps, immerſa membra roborabit, ſolutoque ſalino ſubcutaneo fermento, humorum acrimonia emendabitur, & ſqualllida viſcera emollientur.

Beneficia Balnei Coldonenſis.

Utrùm verò Balneo præire debeant frictiones, aut aliquod exercitii genus, quæq; hora ſeligenda ſit, neminem latere autumo, undè operam ludere mihi videor diutiùs in illis inſiſtendo.

Denuò laudatur Leucenſis Agri aeris ſalubritas.

Hic pariter non commentabor celebre Hippocratis (1) effatum, aerem ſcilicet Mortalibus vitæ, & morborum auctorem eſſe, ut denuò alibi exaratam ſuadere poſſim Leucenſis agri aeris ſalubritatem. Etenim, cùm multiformes collium aſperitates poſt facillimam acclivitatem hinc inde promineant; Si quę ad Leucenſis agri finitimas extremitates ex orientali latere in paludoſis Larii lacus diverticulis impura effluvia progerminent, itineris longitudine non minùs, quàm difficultate hebetantur: Cum ſatis jam Lanciſiana auctoritate fretus, ipſe etiam oculatiſsimus, & nunquam ſatis laudatus Bartolomæus Curtius (2) oſtenderit aerem ſecundum varias motuum tendentias depurari, noxiaque inquinamenta pedetentim evaneſcere. Et Sicuti, adnotante celeberrimo Ramazzino (3), peculiares regiones endemios habent morbos, Tabeſque in Anglia ſerpit, Plica in Polonia, Scorbutus in Germania: Bronchocele in incolis Apennini: Sic oppoſita ratione licet arguere ſolum aliquando aerem peculia-

Morbi in aliquibus regionibus endemii

Aer optima medicina.

(1) *Libro de Flatibus.*
(2) *Nella Letttera intorno all' aria, o Vermiccioli, ſe cagioni della peſte pag.* 47.
(3) *In Orationibus Iatrici Argumenti pag.* 87.

culiaribus morbis opportunam medelam eſſe allaturum. Lætor propterea, quòd hoc jam omnibus in Mediolanenſi agro innotuerit, cùm interdum videamus ipſos etiam Ægrotos, quibus Coldonenſis lympha non congruit, Leuci tamen agrum ſeligere, & ut Aquæ Maſini, vel Divi Mauritii illùc vehantur, incumbere. Qui ſanè uſus mihi ſummopere laudandus venit, non minus ob loci aptitudinem, quàm faciliorem aquarum ductum. Bis etenim, Lario annuente lacu, vehi poſſunt hauriendi latices, adeòque, ubi per hebdomadam potatum ſit, nuper ducti poſſint ſubſtitui cum inſigni emolumento, ob minus evaporatos fæcundantium foſſilium ſpiritus. De his autem loqui nefas ducerem, tum quia per præteritum præſertim ævum in extirpandis morbis experta eorundem felicitas de turba, & præjudiciis vocem extollit, tum quia jam ſeduli Viri idipſum egerunt, & quò ad Aquas Sancti Martini, hoc eſt, Maſini videri poteſt Eruditiſſimus Petrus Paulus Paravicinus in Epiſtola ad Joannem Ambroſium Cavenagum inſcripta (1), ait enim: „ Nitri ſubterranei contagio hæ aquæ maximè pollent, „ & illis vis quędam ferrea ineſt, ſed ſulphuris quidem „ minima „. Quò verò ad Aquas Divi Mauritii in Engadina ſuperiori, cum oſcitanter, & extra veritatem, de ipſis auſus ſit loqui Gulielmus Gratarolus (2) ſcribens: „ Atque ita plures ex ea lædi, quàm juvari àrbitror „; Ideò ſummopere a tota Medicorum republica optandum eſt, ut famigeratiſſimi Viri, Jacobi ſcilicet Malacridæ manuſcriptum publici juris fiat. Licet enim oculatiſſimum vene-

Seligendus Leuci Ager etiam quando potandæ ſunt Aquæ Maſini, vel Divi Mauritii.

Petrus Paulus Paravicinus ſcripſit de Aquis Maſini.

Reprobatur opinio Gulielmi Gratarolî ſuper Aquis D. Mauritii.

Jacobus Malacrida Inſignis Menatii Medicus Laudatur.

* G *

(1) *In Tractatu de Balneis a Juntis edito pag.* 195.
(2) *Ibidem pag.* 192.

venerandi Senis judicium, atque ab eventu comprobata medendi methodus in D. Alexandrum & ſanguine, & virtutibus Filium feliciter perpetuetur, nihilominus, cum favorabilis ſors medelam a ſedulis hiſce Viris recipiendi ſpectare tantùm poſſit ad Menatii Indigenas, & ad finitimos Larii lacus Vicos, vel ad illos etiam, qui ad Acidulas Minerales adeunt, quoties alteruter hanc velit provinciam ſumere, ut a D. Jacobo inter poſtremas elapſi, & primas hujuſce ſæculi periodos cum Principibus, & Magnis Æquitibus factum ſcio, ſic quiſque videt quantum a publica ejuſdem methodi luce emolumentum poſſet emergere: Sic etenim toto Orbi, & præſertim Germaniæ, & Italiæ ubi æedem acidulæ in uſu ſunt, intimum operandi ingenium protinus eluceſceret. Si tamen non malè recordor de re, quam olim avidiſſimè legi: Accuratis Illuſtrium Chymicorum experimentis fretus ingenuus Vir ſtatuit, Acidulas Divi Mauritii fæcundari a tribus partibus vitrioli, una ferri, altera verò æris, & ſulphuris. Redeo ad rem.

Scripſit de Aquis Divi Mauritii.

Aquæ D. Mauritii in Germania præſertim, & Italia uſu veniunt.

Coldonenſis igitur lympha, licet mitiſſimo medicantium particularum germine pollens, nihilominus tot annuentibus concauſis morboſam ſaburram in penitiſſimis viſcerum meandris gliſcentem expurgare erit potis, præſertim ſi ob exiguam ejuſdem vim deferentium ſemitæ diſponentur, amotique erunt incuneati hinc inde compedes, a quibus in ultima uſque penetralia potati laticis admiſſio poteſt præpediri, & proclivitas inſiti medicati ætheris quaquaverſum extendendi, facili negotio coerceri. Hin eſt, quòd in renitentibus, & quaſi dixerim ſcirrhoſis viſcerum obſtructionibus, in cachectico Corporis habitu,

Corpus ad Aquarũ potum diſponendũ eſt

Quibus caſibus curationes a Coldonenſibus Aquis non expectãdæ ſint

bitu, uno verbo, in confirmatis animalis æconomiæ labibus irrita ſemper erit ſpes perfectam curationem ab hiſce Aquis expectandi.

Quando Coldonenſibus Aquis utendum.

Ad præſervativas verò indicationes adimplendas, tam ubi ex ſeri defectu cruoris maſſa exæſtuare incipit, quam ubi a gelatinoſarum partium copia in ſuis motibus deturbatur, aptatiſſimæ cenſendæ veniunt. Sic V. G. ſi quis aut Hypochondriacæ affectioni obnoxius, aut calculoſa ęgritudine per intervalla mulctatus, poſt quam ab activioribus remediis, data opera, inſtructis, ſi non integrum, ſaltem meliorem ſtatum nactus eſt, cupit ſe immunem ſervare ab illis ſymptomatibus, quæ utpote primigenio ſanguini affinibus, aut a vix delebili cauſa oriundis facillimè repullularent, ad Coldonenſes lymphas debet accedere; Etenim ob ſoli felicitatem, & civile commercium a fixo aliquo phantaſmate, atque a ſolitariæ vitæ genio mens ipſa removebitur, & miſerabiles Picrogami domeſticas cruces animo minùs volutabunt; Unde Hypochondriaca affectio, a ſolis phyſicis cauſis ortum ducens, curationem faciliùs admittet, & quatenus exuſta ſanguinis corpuſcula attritionem, a qua calor, affectent, anſamque præbeant excrementitiis, & ætherogeneis maſsulis univerſalem liquidorum periſtaſim contemerandi, aut in Pancreatis regione, vel imi ventris partibus incuneari non deſinant preterflui lentoris ſtamina, pari paſſu, citra favorabilis conjecturæ lapſum, medela expectanda eſt, ob rationes alibi traditas, hoc eſt pag. 63 (1) ubi fuſiùs de hoc morbo egimus.

Aer Agri Leucenſis laudatur in Affectione Hypochondriaca.

Symptomatibus affectionem hypochôdriacam concomitantibus occurrunt Aquæ Coldonenſes.

Quibus verò cæteris morbis domandis aptæ eſſe poſſint Coldonenſes Aquæ, in præſentiarum non lubet in- qui-

(1) *In Tractatu de Aquis Hirmenſibus.*

quirere; Quandoquidem jam ſuppoſitis earundem viribus, jamque delibato in principalioribus phænomenis agendi genio, reliqua poterunt Medicinam facientes, ſecundùm diverſa, tam ex parte aquarum, quàm ex parte Ægroti, accidentium diſcrimina ſtatuere, & Coldonenſis amnis potum, vel Balneum aut vitare, aut amplecti; Undè hæc pauca adnotaſſe ſufficiat.

ERUDITISSIMO
JOANNI BAPTISTÆ
PASTORINO
FRANCISCUS RONCALLUS
S. P.

DUm prçteritis annis, autumnalis otii gratia, in Vallemſaxinam divertiſſem, mihi ſæpe, ac ſæpius obmurmuravit fama Coldonenſium Aquarum, quæ in fertiliſſimo hoc veſtro Leuci agro ſcaturiunt, ac interfluunt. Et quàmvis ob uberem venam, nullumque in Medicis commentariis, quòd ſciam, earundem veſtigium, non tanta in ipſis poſſe latere naturæ ſuffragia crediderim, nihilominus ob commendatam ab eventu ſalubritatem, amplamque Convaleſcentium, ipſorumque Phyſicorum fidem, medicato ſcilicet hoc ſolùm latice refractarias, cæteriſque alioquin remediis reluctantes ægritudines edomuiſſe, voluptatis, & operç pretium duxi, chymico prçſertim examine, ejuſdem vires adamuſſim per-

pen-

pendere. Nullis idcirco laboribus perperci, aſperoſque Coldoni clivos, uſque ad ipſos Boatii receſſus, metiri non horrui. Edoctus verò qualis cæli plaga vigeret, quæ nam foſſilia ex probabili coniectura laterent, quæ ſoli conditio, qualis plantarum præſens, aut deſiderata fæcunditas, & quibus demum adventitiis rivis nativa, & cryſtallina Coldonenſium aquarum facies contemeraretur, diſceſſi, in id ſolùm ſedulus, ut ſcilicet aquę, propè Guardalupum ſumptæ, & ſevero examine torquendę, ſollicitè, atque opportunis organis Brixiam veherentur. Annuit paratiſſimè meis votis officioſa ab utroq: noſtrum dilectiſſimi Joannis Mariæ Rainerii humanitas, quæ utpote chymiæ amans, & Patriæ, in id ulteriùs enixa eſt, ut unà ſimul cum Aquis, ſuorum haberem examinum ſpecimen, atque non ſpernendas illuſtrium Medicorum, poſtremo ſeculo defunctorum, adnotationes. Hiſce propterea fundamentis inſtructus provinciam ſumpſi, & Coldonenſem lympham tentavi igne, mixturis, & pondere. At nil defuit quin re in ipſo limine infecta vadimonium deſerverim: Siquidem ſedimentum ab evaporatione viginti quinque librarum aquæ reſiduum, in cryſtallos nunquam obduruerat; Additis verò liquoribus, quorum ope aquarum indolem ſcrutari ſolemus, exigua reſiliebat aut lucta, aut mutatio; Denique celebrato per ariometram, & bilancem experimento, vix ulla intercedebat cum putealibus aquis diſparitas; Ceſſit idcircò concepta jam pridem ſpes magnarum virium, quas accidentalis eventus, vel incautus Patrię amor hiſce aquis falsò largiebatur, undè imminuta fæcundantium foſſilium idea, nervoſiùs adhuc ſtrictiora examina molitus ſum, opportuniùs me-
actu-

actũrum ducens, ſi genuinam, quamvis mitem Coldonenſis laticis naturam in medium adduxero, quàm ſi aut amplis, breviqué tamen perituris, laudibus ipſum efferam, aut præſenti, & futuræ praxi hujuſce dotes arcanas eſſe, & deliteſcere ſinam. Mox igitur in auras reſolutis aliis vigintiquinque aquarum libris, ambas in eadem vitrea cucurbita reſidentias impoſitas volui, ea ſpe fretus, fore, ut ſi aliqua unquam adfuiſſent ſalium rudimenta, utpote a majori aquæ mole elicita, in exiguo ſedimine faciliùs in amplexus ruerent: Nec defuit ſpei, quâmvis tarda jucunditas, ſpatio etenim quindecim dierum, ſummùm opitulante ſubterraneo conclavi, adhæſit tandem vitri parietibus tenuis quædam pellicula, quæ, ſecundum diverſam lucis modulationem lucentibus angulis variegabatur. Exactiſſimo Microſcopio ſuppoſita, ab aliquibus priſmatibus baſis triangularis æquilateræ in alchalica, & ſubrubra potius terra implantatis, ducta eſt conjectura nitroſæ indolis, quę Coldonenſem veſtrum laticem fęcundat; Cumque ulteriùs in ipſo etiam aliis ęxperimentis emicuerit non ſolùm nitroſa natura, ſed chalybeatus etiam ſpiritus; Sic ſuper geminis hiſce dotibus, tenui tamen vena in aquas abſorptis, inſtructo fundamento Diſſertationem texere non piguit, quę jam ad finem properat, & quam faventibus Superis publici juris facere non inconcinnum ducimus. Quia tamen in hiſce argumentis plena periculi commentatio, ideò ſapientiſſima tua oracula conſulere non vereor, ut eo, quo polles mentis acumine in indigena aeris viciſſitudine apprimè verſato, &, ob

per-

perpetuam inibi praxim, aquarum Coldonenſium vires callente, me, aut errantem dirigas, aut de novis inſuper notandis integrè moneas. Interea tibi futura praxis multas grates debebit; quandoquidem acerrimam tuam criſim ambabus ulnis ęqui, bonique facturum me tibi polliceor. Vale, & Joſepho Manzono, Juriſconſulto iſtic celeberrimo, ſalutem meo nomine plurimam.

FRAN-

...... FRANCISCO RONCALLO JOANNES BAPTISTA PASTORINUS

S. O.

AB humanitate tua benignè compati mihi polliceor Vir Sapientiſſime, ſi uſque hactenus epiſtolę tuę Januarii menſis elapſi diſtuli reſponſionem; Siquidem dirum, ut te non latet, quod mihi contigit infortunium, tibię, fibulęque rupturę, quę per duplicem menſem lecto affixum me detinuit tuis, meiſque votis annuere prohibuit. Equidem me tibi devictum confiteor propter mei nominis æſtimationem, quam habes, ſed proprię conſcius imbecillitatis meam tibi detegere non vereor confuſionem, quippe tuis obtemperaturo mandatis, illa mihi deeſt, qua tu polles, mentis amęnitas, per quam ab univerſo diſtingueris; At ſiquidem humanitati tuę ita complacuit, ſic quantum infirmę vires permittent, optatas Coldonenſium aquarum proprietates, tum

experimento, quàm praxi confirmatas, licet arduam fatear eſſe provinciam, tibi aperire non abnuam.

Sicco pede tranſibo laticis hujus deſcriptionem, ſiquidem ſi aſperos Coldoni clivos metiri non horruiſti, ut me certiorem facis, ad quod nunquam me voluptuoſa curioſitas impulit, me docere potes de ipſius exortu, de cęli plaga, herbarumque fęcunditate, ut ex eruditiſſima tua epiſtola te ſatis verſatum admiror. Ideoq: te tantummodo non lateat, lympham iſtam ex monte vulgò dicto del Giovo, o ſia Serrata tepidam emanare, in qua nullus ſenſibilis ſapor obſervandus occurrit. Perenni labitur curſu, & ſemper ęquali, nec a pluviis in origine ſuſcipiens incrementum, nec a longa ſiccitate tempeſtatis imminutionem, ac per quatuor circiter milliariorum curſum, admittendo in proprio ſinu nonnullorum rivulorum miſcellam ex vallibus diſpersè eructantium, in Leuci lacum deponitur.

Jam bis te aquam iſtam examinaſſe detego, tuiſque votis eò magis annuiſsent experimenta, ſi genuinam lympham in ſcaturigine ſumptam igne tentaſſes, nec aliis aquis in ejus ſinum diffluentibus alteratam. Abuſus ſiquidem invaluit, ut prope Guardalupum ſumantur aquę pro uſu, locum ſcilicet potius commodum, quàm proprium; Id circo pluries optatus non habetur eventus propter virium enervationem ab aliarum aquarum conſortio.

Statim ac Leucum immoraturus deveni, prędictam aquam tam amplis laudibus exaltatam perſenſi, ut pro norma opportunum duxerim feliciſſimę ſemper memorię D. Joannem Mariam Rainerium, ego pariter deprecari,

cari, ut examini per ignem ſubiiceret, meiſque votis annuens ipſius urbanitas executioni mandavit, ſollicitus ipſe pariter de torquenda aqua prope Guardalupum ſumpta. Id circo, ſi ab eodem, ut aſseris, habuiſti examinum ſpecimen, te non latebit, quòd ex minima aquę doſi in auras reſolutę adhæſerit vitri parietibus quędam, quam tu pariter notas, pellicula, coloris ſubrubri, quę ſaporem ſubacidum, ſubauſterumque redolebat. Hinc ducta fuit conjectura, quòd ex vena ferri, de indole quoque nitro-ſulphurea participante, originem traheret.

Liquidò enim conſtat aquas, quę tranſcolantur per meatus ſubterraneos ſale hermetico, ſive centrali impręgnari: hinc aquę prędicto ſale turgidę occurrendo venæ metallicę, de ipſa abſorbeant, & impręgnentur, ſaporemque ejuſdem proprium adipiſcantur. Sapor nullus ſenſibilis in ſuppoſitis aquis obvius eſt, & non niſi in fęcibus ab experimento reſiduis ſubaſtringens, & ſubacidus effulget, vel ratione venę metallicę minùs divitis, vel ſalis hermetici, quo minus aqua ipſa impręgnetur. Sed ſicuti ſapores prędictos aquis etiam poteſt impertiri alumen, chalcanthum, Plumbum &c. ut jam olim aſservit Thomas Jordanus, difficileque ſit nitroſam qualitatem eruere, ut adnotavit Gabriel Fallopius de Medicatis Aquis, & foſſilibus, qui hæc habet: „Difficile eſt ex guſtu dignoſcere, an aqua habeat in ſe nitrum, quia nitri ſapor in hujuſmodi aquis vix diſcernitur. Attamen ſi aliqua nota, quę indicet adeſſe nitrum, hęc una eſt, quòd ſi aqua nitroſa teneatur in ore, percipitur acredo, quę ſtatim permeat totam linquę ſubſtantiam, & partes etiam inferiores. Visu, & olfactu nullo modo cogno-

ſcitur aquam habere nitrum, tactu autem aliquo modo, quia aquę nitroſę detergunt, nec relinquunt aliquam aſperitatem,,. Hinc quid certò in re tam plena periculi deliberandum ſit ab intrinſeco ſanè non video. Adhuc tamen tenuis ſemper venę ſuppoſita Coldonenſi lympha conjecturę ab extrinſeco deſumptę atomis martialibus, atque nitro-ſulphureis ipſam certò fæcundari confirmant; Ventrem ſiquidem ſolvere dictam aquam ſæpius inſpexi; Subſidentes arenę plus ſunt lucidæ, quàm conveniat ablutioni aquæ ſimplicis, etiam rapidioris. In vaſe ligneo per aliquot dies aſſervata aliqualem ſulphuris odorem emittit. Patent ora venarum ferri in ipſo monte, ex quo fuit effoſſum; Et, ſi nitrum vitam quaſi eſſe vegetabilium a nonnullis aſſeratur, patet Regionis fertilitas; Quę omnia nos manuducunt ad firmè coniiciendum Coldonenſem aquam prædictis qualitatibus inſigniri. Niſi gravi defluxione ad pectus in preſenti cruciarer, qua de cauſa aeris immutationis gratia Mandellum me contuli, noviter de torquenda per ignem aqua predicta fuiſſem ſollicitus, ut cum Doctiſſimo Baglivo conſtanter pronunciarem: ,, Quęcumque de Medicina meditatus fueris, pro veris non habeas, niſi prius ad lydium praxeos lapidem revocaveris; Quòd, ſi repetita experientia invenies vera, pro veris ſemper habeto.,,

Feliciori tamen minerva proſperos eventus a dictis Aquis inſpectos tibi poſſum innuere; In affectionibus nephriticis, tam legitimis, quàm ſpuriis, ſive a calculo, ſive a ſalibus acribus, & corroſivis circa renes coacervatis, oriundis herculeum ſunt remedium; In cujus confirmationem exemplum tibi proponam de amico meo calculis

culis obnoxio, qui Leucum immoraturus devenit, incę- pitque in cibo, & potu uti aquis predictis, ac per menſem matulam arenulis turgidam ſemper inveniebat, hinc per annum incolumis vixit citra ullum doloris veſtigium. Poſtulavit occaſio, ut a regione diſcederet, & vix elapſo menſe cæpit perſentire aliqualem circa renes gravitatem cum obſcuro doloris ſenſu, ſed ſtatim Leucum reverſus ad ſolitum hujus aquæ uſum ſe contulit, denuòque per nonnullos dies urina arenulis repleta obſervanda occurrebat, ac impoſterum nunquam hujuſcemodi affectionibus cruciatus fuit. Febres pariter lentas remediis reluctantes ſanatas vidi, quas fovent, vel Viſcerum infarctiones ex fęcalibus exuviis e ſanguine reſiduis, vel cruoris dyſcraſia ex ſalina acrimonia oriunda. Quantum tamen valeant tam intus ſumptæ, quàm ipſarum balnea, in compeſcendis diarrhęis, atque dyſenteriis, quæ ex ſanguinis orgaſmo, fervidaque hepatis intemperie, ut notarunt Antiqui, ortum agnoſcunt, vulgum ipſum in teſtem adduco. Sic pariter pro defluxionibus tenuibus ad pectus irruentibus, ex colliquativa ſanguinis, diatheſi enatis, proficuas inſpexi; Oretenùs tibi pluries enarravi, quàm dictis fluxionibus ego ſępius crucier, levis etenim corporis incaleſcentia, ſudoris repercuſſio, temporis mutatio me illico ad ipſas diſponunt, cum tuſſi ferina, ac pectoris anguſtia, quæ omnia ex prædicta cauſa natalia dignoſcunt. Primo anno, quo me Leucum contuli, ad ipſarum aquarum uſum devenire congruum duxi, ac ſanctè fateor, tali, ac tanto levamine, ut per biennium ne defluxionis quidem veſtigium paſſus fuerim, quas impoſterum ſumere precisè inhibuerunt occupatio-

pationes. Putarem pariter futuras eſſe proficuas, tum in affectionibus hypochondriacis ſiccis, ubi morbi fomes hæret in viſcerum nimio fervore, tum in mulieribus menſtruorum penuria laborantibus, ubi ex nimio ſanguinis fervore vaſa coarctantur, & aſtringuntur, quamquam de his nullum habeam experimentum. Hęc ſunt Vir ornatiſſime, quę tibi extra rem fuit innuere, breviterq: urbanitatis gratia mihi permiſit indiſpoſitio prædicta, ſiquidem ab applicationibus nimis exaſperatur. Ex quibus tamen hariolari poſſunt Coldonenſium aquarum effectus, atque earundem qualitates intrinſecę. Vale.

INDEX
Rerum Notabilium.

A

ACidulæ, ſi totæ cruori nuberent magna damna eſſent formidanda. 20
Activitas aquarum in dies evaneſcit. 7
Acus crinalis per urinam reddita. 25
Aer nitroſus. 15
Aer cum aquis circulans. 40
Medicatus in Coldonenſibus aquis latens. 40
Mortalibus auctor vitæ, & morborum, 48
Magnum medicamentum. 48
Ædificia ad liquandam ferri mineram. 38
Ægritudines mediis Coldonenſibus aquis domitæ. 53
Æſtivi temporis conſtitutione humida ſuſpectus evadit Thermarum, & Acidularum potus. 5
Ratio. *ibidem*
Agri Leucenſis conſtitutio & felicitas. 1
Animalis machina Thermometris, & Barometris ſimile. 43
Ratio. *ibidem*
Apogæus e terra erumpens. 39
Aquarum tranſitus quomodo præpediatur. 6
Aquæ Coldonenſes Brixiam vectæ. 7
Aqua ferrata in Vallis ſaxinæ mineris ſubſidente examinatur. 12
Facillimè tranſit in corpore animali. 13
Aquæ medicatæ ſemper ſumma cum circumſpectione exhibendæ. 14
Earundem potu vires recreantur. 22
Magna pars neceſſariò in ſanguinem devolvitur. 28
Aquarum mineralium major, vel minor quantitas, quæ cruori miſcetur a quo pendeat. 28
Aquæ minerales aliquando feliciter tranſeunt, & tamen nulla medela ſubſequitur. 29
Aquarum mineralium pauca quantitas viam ſibi ſternere nequit. 30
Nimia aliquando ſuſpecta. *ibidem*
Ad anum deberent deſcendere. *ibidem*
Ratio cur non deſcendant. *ibidem*
Quando cathárticè agant. *ibidem*
Earundem activitas pendet precipuè a ſalibus. 34
Quando ipſi turgent aquæ per anū redduntur. 35
Quando pauci per urinam. 35
Quæ examinanda ante ipſarum exhibitio-

bibitionem. 37

Aqua dulcis, utpote levior altius aſcendit quàm aqua maris. 32

Aquæ in Volaterrano ſteriles mulieres faciunt fæcundas. 35

Aquarum mineralium elaſticæ, & minerales particulæ in itinere abeunt. 38

Aquæ defluentes ſemper aliquid aeris continent. 39

Aquarum tranſitus a quo pendeat. 42

Aquæ calefactæ faciliùs tranſeunt. 42

Aquearum particularum in penetrando aptitudo. 44

Aquarum effectus. 45

Atmoſphæra ponderoſior in humida tempeſtate. 5

Auri poroſitates Mercurius ſubit. 45

B

Balnea Coldonenſium aquarum quid præſtare poſſint. 45

Quando in uſum ponenda. 47

Propè Aquatum facienda immerſio. 47

Utiliſſima in fluore albo. 47

Ratio. *ibidem*

Laudatur in partium debilitate. 47

In ulceribus. *ibidem*

In mictu ſanguinis. *ibidem*

In Atræ bilis æſtu. *ibidem*

Balnei aquoſæ partes ſubeunt corporis intima. 45

Balneorum effectus in Corpore animali. 45

Balneorum mechanica operandi vis. 43

Utilitates a Balneo calido. *ibidem*

A frigido. *ibidem*

A medicato. 44

Eorundem uſus in præſens quia ſuſpectus. 43

Ramazzini opinio. 43

Effectus a Balneis producti. 43

Balneum utile ad ſterilitatem amovendam. 36

Mechanicæ rationes. *ibidem*

Bellini Laurentii opinio circa anguſtiam meatuum renalium. 24

Bronchocele frequens in incolis Apennini. 48

C

Caniculares dies ſeligendi in aquarum mineralium exhibitione. 6

Calculoſas ægritudines curant aquæ Coldonenſes. 51, 60

Experimentum. 60, 61

Aliud. 61

Cathartica ſola fæcum eductione aliquando ſuſpecta. 21

Chalybeata effluvia in aquis Coldonenſibus. 11

Quando eadem facillimè reperiantur. 12

Chylus multoties circulat antequàm ſanguinis naturam induat. 19

Chyliferæ viæ cito exinaniuntur. 17

Ciceronis monitum quæ ruri agenda ſint. 4

Circulatio ſanguinis fit celerrimè. 18

Clauus ferreus per urinam redditus. 25

Coldonum ubi ducat originem. 2

Coldoni iter. 4

Coldonenſes Aquæ an ſumendæ prope pontem Aquati. 4

Aut prope Guardalupum. 6

Aut

Aut in Monte Serratæ. 6
Opinio Auctoris. 4
Leviores Brixienſibus. 8
Ratio. ibidem
Earundem indoles. 13
Coldoni natura. 15
Coldonenſis lympha aliquando utilis, aliquando damnanda. 16
Explicantur morbi, in quibus exhibenda. 16
Ejuſdem tranſitus a quo pēdeat. 33
Summè diuretica. 35
Tepida ſcaturit. 58
Apta ad fæcunditatem promovendam. 35
Ejuſdem potus in ipſo met Leuci agro inſtituendus. 37
Prope ſuam ſcaturiginem levior. 38
Prope ſuam originem potanda. 41
Utrum potanda frigida, vel calida. 41
Balneando interdum Magis utilis. 46
Quando impotens. 50
Fęcundatur atomis martialibus, & nitro-ſulphureis. 60
Cole Gulielmi opinio circa copioſam Mictionem a largo potu. 18
Corpora multiformia per urinam reddita. 24
Corpora oſcillantia facillimè cenſentiunt. 31
Corpus ad aquarum potum diſponendum eſt. 50
Cruor facillimè cum aqua miſcetur. 20
Præſertim in corpore animali. ibid.
Ratio. ibidem
Curationes difficiles mediis Coldonenſibus aquis feliciter abſolutæ. 7
Curtius Bartolomæus laudatus. 48

D

D*Amna ab aquis producta, ſi totæ ſanguinis commercium affectarent.* 23
Defluxiones ad pectus ex colliquativa ſanguinis diatheſi curantur ab aquis Coldonenſibus. 61
Diarrhęę & dyſenterię curantur a Balneo aquarum Coldonenſium. 61
Diſpoſitio peculiaris facilem reddit aquarum tranſitum. 34
Diuretica in primis viis cogulantur, adeoque non agunt. 27
Diureticorum odores in urinis adhuc ſenſibiles quia. 18

E

E*Piſtola Paſtorino tranſmiſſa; ut notum Auctori faceret ſuum de Coldonenſibus aquis judicium.* 53
Reſponſum Paſtorini. 57
Exitus experimenti circa ſedimentum aquarum Coldonenſium. 55
Experimentū quo determinatur quantitas nitrearum particularum, quæ in Coldonenſibus aquis diſſeminantur. 9
Evaporatio aquarum Coldonenſium. 8

F

F*Ebres lentæ ab aquis Coldonenſibus curatæ.* 61
Ferreæ aquarum particulæ quando a magnete alliciantur. 12
Fibræ levi de cauſa contrahuntur. 44
Fontes plurimi nomen amiſerunt. 14
Fonticulus Coldonenſibus aquis proximus. 4

Jugiter perennes. 4
In uſum medicum adhibetur. 5

G

GAſtricę venæ non poſunt permittere tranſitum aquis mineralibus. 33
Gazzarus aquas Coldonenſes examinavit. 3
Ejuſdē opinio de his aquis. ibidem
Quos morbos curare valeant. ibidē
Generationis artificium. 36
Glandulæ lacteæ lumbares ſuſpectæ in præſtando aquarum mineralium tranſitu. 33
Gratarolus ſcripſit de aquis D. Mauritii. 49

H

HEmorrhagia a Balneo frigido ſupprimitur. 43
Homobonus Angelus varia fecit de Coldonenſibus aquis examina. 3
Aurum, & argentum in illis autumat delitеſſere. ibidem
Eandem proponit in fervore ſanguinis, & in obſtructionibus. ibidē
Hypochondriacum affectum curant aquæ Coldonenſes. 51

I

IDioſyncriſia peculiaris facilem, vel difficilem reddit aquarum tranſitum. 29

L

LEuci ager deſcribitur. 1
Seligendus etiam quando potandæ ſunt aquæ Maſini, vel D. Mauritii. 49
Liquida ſemper moventur. 10
Ratio. ibidem
Difficillimè per renes tranſeunt. 23

M

MAlacrida Jacobus laudatus. 49
Scripſit de aquis Divi Mauritii. 50
Agendum ut publici juris fiat. ibidem
Malpighii Marcelli experimenta circa Renes. 24
Mauritii Aquarum indoles. 50
Medicatrices Coldonenſium aquarum particulæ præſertim ſalinæ. 46
Medicatæ aquarum particulæ diu immutatæ vigent in corpore. 46
Medica commentaria nullam mentionem faciunt Coldonenſiū aquarum. 53
Medicatrices aquarum particulæ ubi lateant. 11
Difficillimè poſſunt ſtatui. 13
Michelottus laudatus. 21
Mictio potui illico ſuccedens. 31
Cui liquido debeatur. ibidem
Mictiones illico poſt potum præexiſtentibus liquidis debentur. 32
Morgagnus laudatus. 19
Ejuſdem obiectio circa vias peculiares. 19
Mulierculæ extranea corpora per urethram in Veſicam intrudunt. 25
Mulier non menſtruata poteſt concipere. 36

N

NAtatio in Coldono inſtituēda. 46
Nitrum in aquis Coldonenſibus diſceminatum. 9
Determinatur ejuſdem quantitas. 9
Nitri particula in ſpecie aqua gravior, non deſcendit. 11
Nitrum ſepiſſimè aluminoſis, ſulphureis, & vitriolicis particulis junctum. 14

Ni-

Nitri dotes. 15
Nitrum ſanguini utiliſſimum. 15
Ejuſdem effectus in œconomia animali. 15
Ejuſdem oppoſitæ proprietates. 37
Nitroſi ſales a Boylio examinati. 37
Nitroſæ aquæ abſterguunt. 60
Nitri ſapor in aquis vix diſſeminatur. 59

O

OBiectio ſuſpectas reddens vias peculiares pro urina in Veſicam transducenda. 19
Occaſio ſcribendi de aquis Coldonenſibus. 3

P

PAravicinus ſcripſit de Aquis Maſini. 49
Partes membranoſæ gaudent motu ſyſtaltico, & reflexivo. 44
Particulæ aliquæ in ſanguine multoties circum fluunt antequàm immutentur. 25
Paſtorinus Joannes Baptiſta laudatus. 41, 55
Pellicula coloris ſubrubri adhæret vitri parietibus in evaporandis aquis Coldonenſibus. 59
Pili aliquando micti. 26
Plica in Polonia. 48
Pondus Coldonenſis aquæ. 17
Potus ad curativam indicationem inſtructus ex aquis communibus. 33
Cur aliquando felicem exitum habuerit. 33
Quando permittere debeamus illius uſum. 34
Prejudicia ab ejuſdem uſu. ibidem
Præjudicia, quæ contingerent in corpore animali, ſi non darentur viæ peculiares. 20
Præſervationis gratia Coldonenſes aquæ laudantur. 51
Proteſtatio Auctoris circa activitatem Coldonenſium aquarum. 55
Pulſus intra horam bis mille agit vibrationes. 18
Pus totum a ſecto Tumore non eſt extrahendum. 21

Q

QUæ examinanda ante aquarum adminiſtrationem. 14
Quies in aquis detegit particulas ſulphureas. 7

R

RAinerius Joannes Maria Chymicus Caſtelli degens. 3, 54
Ratio probans dari vias peculiares. 26
Regiones peculiares habent morbos. 48
Renes tranſeunti urinæ viam ægrè permittunt. 24
Renum vitio quando urina non tranſit, cur diuretica non agant. 26
Renũ vitium facillimè participatur viis peculiaribus 27
Renes ſuccenturiati nõ poſſunt permittere tranſitum aquis mineralibus. 33

S

SAlis quantitas, qui in aqua poteſt diſſolvi, eſt limitata. 9
Sal in ſaturato jã lixivio fundũ petit. 9
Poteſt aliquando innatare. 9
Sal catharticus amarus elicitur ab aquis Ebeſbamenſibus. 31
Sales fixi evaneſcunt. 38
Sales in veſica ſvilla incluſi ab aquis diſſolvuntur. 45
Salium ab aquis, ſeparatio incaſſum ten-

tentatur. 46
Sal Hermeticus ſive centralis in aquas colliqueſcit. 59
Salubritas aeris Leucenſis variis rationibus probatur. 2
Salus in quo conſiſtat. 44
Sapor aquarum Coldonenſius. 8
Sapientiæ pars eſt aliquando fateri ſe neſcire. 33
Scorbutus in Germania. 48
Sedimentum aquæ Coldonenſim. 8
Fermentat cum ſpiritu nitri. ibidem
Etiam cum oleo tartari. } ibidẽ
Ratio. }
Microſcopio obſervatur. 9, 55
Sedimentum aquarum Coldonenſium examinatur. 12, 54
Sedulitas in vehendis aquis. 40
Serratæ mons Coldonenſes lymphas evomit. 2
Signum nitri in aquis. 59
Spiraculum aerem emittẽs in Valleſaxina. 39
Æſtivis diebus frigidior exit. ibidem
Ab aquis originem ducit. 40
Spiritus ſanguinis humani citiſſimè in liquidis diſſeminatur. 21
Non poteſt reparari ab aquæ effluviis. 22
Ejuſdẽ quantitas in data aquæ proportione. 23
Sulphuris odor in aquis Coldonẽſibus. 3
Sulphur in aquis Coldonenſibus. 60
Symptomata lamẽtabilia in potu aquarum mineralium ſalus optata ſubſequitur. 29

T

Tabes in Anglia. 48
Terminorum Vallis Aquæ non ſunt perennes. 4
Tettutii aqua per anũ redditur. 31
Thermales aquæ, ut proſint debent miſceri ſanguini. 28
Thermæ ad Timavi oſtia poſitæ æquoris viciſſitudines patientes. 32
Ratio. ibidem

V

Valliſnerius laudatus. 46
Vaſa aliquando coeunt. 28
Vaſa fruſtra ſigillantur. 40
Ventorum reactiones in occultis terræ barathris. 38
Ventriculus ſiniſter duas uncias cruoris continet. 18
Verebyen negat vias peculiares. 17
Viæ peculiares ubi originem trahant latet. 32
Vinum non immutatum per urinam redditum. 25
Virium languores a liquoribus ubertim ſtillantibus. 21
Vitriolum, ferrum, & æs in aquis D. Mauritii. 50
Urina cruoris, & potus. 17
Urina potus, quibus viis in Veſicam labatur, ſtatuere difficillimum. 17
Urina cur ſuprimatur. }
Aliquando vitio renum. } 27
Aliquando vitio ſanguinis. }
In urinæ ſuppreſſione tota animalis machina ſubvertitur. 27

F I N I S.